





LS INV 0126

MS 2568
A/950926

450 e -
DESCARTES
GASSENDI
Attack

philosophia
in
universum

SORBONNE BU





Philosophia

Data a domino de La poite
celeberrimo professore in collegio —
sorbonæ plesseo
anno domini 1732

Scripta
a francisco Carolo Gemeau
huius classis auditore

Parisiis

SORBONA

Parisiis Apud Hieronimum Vallot
Via Jacobea ad effigiem Ludovici 14
Sculptorem Regium.



Prolegomena
Philosophiæ in universum
& introductio ad philosophiam

Omissa præfatione ad rem ipsam statim veniemus, agemusq: de philosophia generatim circa quam quinque expendenda occurrunt, ejus scilicet natura, existentia, Causæ, species, et proprietates. Ut autem hæc omnia dilucide et distincte pertractemus, hunc servabimus ordinem: primo quidem exponemus varias tum veterum tum recentiorum philosophiæ definitiones, deinde brevem loademus (quod ardenter exoptant philosophiæ candidati) ratiocinandi seu discurrendi

methodum, cui adjungemus instar compendii, notiones terminorum quorum usus in philosophia saepe et frequenter recurrit postea alia persequemur ex ordine capita proposita

Caput primum

De nomine et variis philosophiae definitionibus.

philosophia juxta vim nominis est, amor sapientiae: hoc nomen derivatur ex duplici vocabulo graeco, φιλια amor, et σοφια sapientia.

duplex praecipue celebratur veterum philosophiae definitio: una peripateticorum seu discipulorum aristotelis, platonicorum altera

a peripateticis philosophia definitur cognitio

vera, certa et evident rerum naturalium
per causas.
primo dicitur cognitio: id est, inquirunt, ——
representatio totalis alicuius objecti in
mente: vel planius imago viva objecti
in mente depicta.
secundo deinde dicitur cognitio vera,
id est conformis objecto suo ipsum representanti
tale quale est, et in hoc ab errore ——
distinguat.
tertio additur certa, id est firma et stabilis quae
aliter se habere non potest sive ex parte —
objecti quod est immutabile saltem quoad
essentiam, sive ex parte subjecti nempe mentis
firmiter adhaerentis cognitionibus suis, facem —
praeferente evidentia: vel denum ex parte
motivi, id est rationis cum vera cognita —
necessario connexae et in hoc ab opinione
et dubio philosophica differt

quarto postea dicitur evidens, idest clara et quae
vel paululum attendenti affulget ut distinguatur
a fide divina quae non est evidens.
quinto dicitur cognitio verum naturalium, idest
verum quae solo naturali lumine detegi
possunt et in hoc a sacra differt theologia.
dicitur denique per causas, idest quia non tantum
novimus tali modo se rem habere sed etiam
cur tali modo se habeat, ut differat philosophia
a scientia de quae non cognoscit per causas, sed in
ipsis causis, et a cognitione vulgi eorum, qui neque in
causis neque per causas cognoscunt, hinc istud positum.

Felix qui potuit rerum cognoscere causas.

a Platonicis philosophia definitur scientia rerum
divinarum et humanarum causarumque quibus
hae res continentur. hoc est clara et distincta cognitio
rerum tam spiritualium tum corporearum
et rationum, simul cur hae res tali modo sint,
aut esse affirmentur.

a nonnullis recentioribus philosophia definitur ——
cognitio seu judicium evidens per causas.
ab aliis dicitur cognitio seu judicium evidens
ex praemissis ortum evidentibus.
quid de variis illis propositionibus sentiamus demceps
experiemur: cum autem ex illis omnibus nulla nobis
accurata satis videatur ut ante oculos nostros
tradere queat

philosophia a nobis definitur in quaestio veritatis
et honestatis solius, et vectae rationis lumine facta
primo philosophia dicitur inquisitio potius quam
cognitio, quia licet philosophus non semper deteget
veritatem et assequatur. et tamen detegendae et
inquirendae semper laborat, philosophi igitur
germanum munus est veritatem sedulo inquirere
et inquisitam quandoque attingere, quamquam
nihil impedit quin sequendo consuetum loquendi
modum et in gravi philosophia commodius dici possit

cognitio: inquisitionem quippe in discursu et
et cognitionem promiscue usurpabimus, sufficiat
utriusq: discrimen notasse

jam vero cognitio duobus modis accipi potest —
specifice nempe et generice

Cognitio specifice sumpta est perceptio seu prima
species cogitationis qua mens nude et simpliciter
aliquid percipit ac intuetur, nihil aut affirmando
aut negando.

Cognitio generice sumpta est quaelibet cogitatio mentis
aliquid percipientis: quocumq: tandem modo id —
percipiat vel etiam aut judicando aut discurrendo

si philosophia dicatur cognitio tunc cognitio generice
usurpatur prout nimirum judicium et ratiocinationem
involvit.

secundo philosophia dicitur inquisitio veritatis
quia hoc praecipue spectat ut veritatem in —
omnibus assequatur

tertio additur honestatis, quia non in nuda veritatis inquisitione sistit philosophia, sed etiam investigat ac praescribit morum regulas, quibus actus nostros ad legis aeternae normam componere debemus.

quarto est inquisitio solo rationis lumine facta, id est absque fidei divinae, et autoritatis humanae beneficio: et in hoc differt cum a sacra Theologia, quae revelatione divina praecipue innititur, tum ab historia cujus cognitiones per discursum non acquiruntur. siquidem facta alia ex aliis per conclusiones minime eruuntur.

denique philosophia dicitur inquisitio rectae rationis lumine tentata, quia falsae conclusiones tametsi ratiocinationis via eliciantur attamen non sunt cognitiones philosophicae

hactenus de nomine et definitione philosophiae dictum est priusquam ulterius progrediamur opere pretium est ostendere modum philosophice ratiocinandi et disputandi sit itaq:

Caput Secundum

De modo ratiocinandi

ratiocinatio vel discursus est cogitatio mentis unum judicium deducentis ex actus. v. g. totum sua parte majus est; ergo manus digito major est.

in ratiocinatione tria sunt judicia: duo priora quae antecedens seu praemissae appellantur; ex duobus illis prioribus judiciis tertium eruitur quod consequens aut conclusio vocatur.

argumentatio est interpres seu manifestatio ratiocinationis: differt autem argumentatio a ratiocinatione, sicut dictio differt a cogitatione quam designat.

in argumentatione tres debent esse propositiones, saltem ordinariae quarum prima major, altera minor, tertia conclusio vocatur.

in conclusione argumentationis duo accurate distinguenda sunt consequens videlicet et consequentia

consequens est judicium quod ex aliis infertur. —
consequentia vero est antecedentis cum consequente
nexus quod si tres propositiones clare et distincte
exprimantur in argumentatione tunc est syllogismus:
si vero duae duntaxat exprimantur, altera subintelli—
gatur tunc est entimema, cujus prima propositio
antecedens secunda consequens nuncupatur

porro officium philosophi disputantis aut respondentis
est sedulo attendere ad conditionem seu qualitatem
propositionis, id est ad ejus veritatem, falsitatem ve
aut ambiguitatem: debet pariter attendere ad —
connexionem conclusionis cum praemissis.
quando propositio est simpliciter et absolute vera
tunc concedenda est; si aperte falsa neganda, si —
dubia sit, id est uno sensu vera et altero falsa tunc
est distinguenda.

evenire potest ut tres propositiones syllogismi verae
sint et proinde concedendae: mala vero sit consequentia

adeoq: neganda: nusquam enim distingui debet quia semper aut bona est aut mala, nullum est medium. sit in exemplum sequens syllogismus.

omnis substantia cogitans est spiritalis
atqui mens humana est substantia cogitans
ergo mens humana est spiritalis.

respondens huic syllogismo debet ipsum iisdem prorsus quantum fieri potest aut aequivalentibus verbis repetere, adhibita semper haec praefatiuncula sic argumentaris. dum autem unam quamq: repetit propositionem eam ponderare debet et expendere ejus conditionem.

si cui allatus syllogismus proponeretur sic se gerere deberet, sic argumentaris, totum syllogismum primo vice repetendo: deinde secunda vice eandem formulam adhibendo ita responderet, sic argumentaris omnis substantia cogitans est spiritalis concedo majorem propositionem. atqui mens humana est substantia cogitans concedo minorem ergo est spiritalis concedo consequentiam

si vero hic aut similis syllogismus proponatur
quod cogitat est spiritale
atqui bellaae cogitant
ergo belluae sunt spiritales

respondens concedit majorem et repetita secunda propositione dicit nego minorem: et affert rationes negati id est rationes cuibus probatur belluas non cogitare.

si alter iste syllogismus.
qui non potest facere montem sine valle non potest omnia facere
atqui deus non potest facere montem sine vallé
ergo deus omnia facere non potest

quia in hoc syllogismo prima seu major propositio dubia est et aequivoca hoc est uno sensu vera et altero falsa respondens repetita majore dicit distinguo majorem sic q: eam resumit.
qui non potest facere montem sine valle ille non potest facere omnia impossibilia
concedo majorem

deinde pergit

qui non potest facere montem sine valle
non potest facere omnia possibilia
nego majorem

postea venit ad minorem atqui deus non potest facere montem sine valle, concedo minorem ergo deus non potest facere omnia distinguo — consequens ergo deus non potest facere omnia — impossibilia concedo consequentiam ergo deus non potest facere omnia possibilia nego — consequentiam.

distinctio autem in duas syllogismi propositiones cadere debet, quia cum unusquisque totum terminorum syllogismi bis enunciatur in distinctis propositionibus, eadem in utraque propositione — indiget explicatione. cum distinctio totum habuit ut in praeducto syllogismo, sufficit in hunc modum exponenda est et applicanda: itaque qui non potest facere montem sine valle, ille non potest facere omnia impossibilia, nego vero illum

qui non potest facere montem sine valle non posse facere omnia possibilia, hoeque pertinent ad majorem. deinde respondens sic addit pro minore. porro deus non potest facere montem sine valle, deinde ad consequentiam proindeque deus non potest facere omnia impossibilia, nego vero deum non posse facere omnia possibilia, cum enim sit omni potens facere potest ea omnia quoe non repugnant.

denique si iste similis ve proponatur syllogismus

homo est substantia
at qui lapis est substantia
ergo homo est lapis.

respondens majorem et minorem concedit, quia utraque propositio vera est, sed negat consequentiam, hancque rationem affert: ex eo quippe quod homo sit substantia et lapis sit etiam substantia, non inde sequitur hominem esse

lapidem, quia homo est substantia lapide prorsus diversa, hoc pertinent ad argumentationem forma syllogistica institutam

jam vero si argumentatio entimemate proponatur in hunc modum

mens humana est materialis
ergo est extensa.

respondens totum Entimema prima vice repetit, sic dictum de syllogismo, secunda vero vice ejus propositiones notat et ad primam nude reponit nego antecedens, et profert rationes negati nihil q: dicit de consequente cujus falsitas sequitur antecedentis falsitate. in hoc vero entimemate

Circulus est rotundus
ergo sol lucet

respondens concedit antecedens et consequens utrumque etenim verum est et negat consequentiam quia ex eo quod circulus est

rotundus, non sequitur solem lucere sed ex rotunditate circuli sequitur tantum potest quod suas omnes habeat lineas rectas a centro ad circumferentiam ductas aequales

hinc liquet aliquando verum esse antecedens et consequens licet mala sit consequentia, ut patet in postremo entimemate. aliquando contra falsum esse potest utrumque et bona consequentia ut patet in isto

mens humana materialis est
ergo est extensa

falsum est mentem esse materialem, falsum est pariter eam esse extensam attamen valet consequentia ad accurate ratiocinandum hoc e regula ponenda tanquam fundamentalis. conclusio argumentationis contineri debet in praemissis et altera praemissarum ostendere debet conclusionem rei posse contineri

in alter utra ex praemissis, sive exprimantur amboe praemissae ut in syllogismo sive una reticeatur ut in entimemate. hac regula generali eaque captu facili tota continetur optima argumentandi ratio

quod si observetur ejus modi regula legitimus erit syllogismus qualis est sequens.

lex divina jubet colere reges

atqui ludovicus 15us est rex noster christianissimus

ergo lex divina jubet colere ludovicum 15um.

syllogismus, inquam, iste, quia in majore tota continetur conclusio, saltem implicite et minor ostendit totam contineri conclusionem in majore: qui enim dicit lex divina jubet colere reges: idem aequivalenter dicit ac si diceret lex divina jubet colere — ludovicum decimum quintum si quidem ludovicus decimus quintus continetur in illa voce

reges.

reges.
Hoc demethodo ratiocinanti sufficienti nunc sit.

Caput tertium

De generationibus quorumdam terminorum Philosophicorum notitionibus

ut in mecanicis artibus necessaria est cognitio instrumentorum quae ad eas tractandas inserviunt, sic et in liberalibus disciplinis necessaria est notitia generalium terminorum frequens in eis usus est: quod quidem in philosophia praecipue locum habet: sine hac quippe notitiâ palparent tirones quasi in meridie caeci: itaq: brevissimam hîc analisim terminorum philosophicorum: ut autem carpere et improbare non audemus, ita nec sequi volumus methodum qua utuntur multi doctissimi alioqui viri, tradendi scilicet auditoribus

suis vel in ipso limine, aut duo ad minimum
vel etiam compendia pro philosophiae partibus.
timemus nimirum ne aut memoriam vestram
oneremus ejusmodi terminorum congerie, ne
dicam farragine, aut fastidium vobis afferamus.
optatis scilicet ardenter disputare, argumentari,
respondere, Theses et conclusiones ingredi, et
nos vehementer cupimus. votis vestris
facere satis. terminos igitur quorum hic
explanationem praetermittemus, aut in
quaestionum fronte exponemus, aut cum
alia sese dabit occasio. accipite igitur sequentium
elucidationem vocabulorum.
definitio est oratio rei naturam explicans:
natura vero rei cujusq: duplici continetur
parte, una genus, altera differentia vocatur

Genus est attributum essentiale quo res una
cum aliis natura diversis convenit: sic figura
genus est in definitione circuli.
Differentia vero est attributum essentiale
quo res una ab aliis differt: sic rotunditas est
differentia circuli.
Divisio est oratio totum aliquod in suas partes
distribuens, ut cum dicitur spiritus, alius est
creatus, invocatus alter.
Natura rei alicujus vulgo dicitur esse quaedam
complexio perfectionum quae res illa in certo
entium ordine constituta intelligitur. v. g.
natura hominis corpore elementis continetur
Essentia et vulgo idem ac natura et definitur id sine
quo res nec esse nec concipi potest, id quod est
primum in illa re, fons et origo omnium
illius rei proprietatum

proprietas autem est id omne quod profluit ab essentia rei: sic scientiae capacitas est hominis proprietas.

existentia est id quo res intelligitur esse in rerum natura.

Res ante quam existat vel existens concipitur, vel possibilis est, possibilitas igitur est existendi capacitas.

ens est id omne quod est plus quam nihil, id omne quod existit aut existere potest, ut homo &c.

substantia est id quod per se subsistit, id est independenter ab alio tanquam a subjecto cui inhaereat. v: g. homo est substantia quia nulli subjecto inhaeret.

modus seu accidens est id quod per se non existit sed alteri inhaeret v. g. albedo conspecta parieti est accidens quia parieti inhaeret.

dum cogitat aliqua nobis percipitur ~~cogitat~~ independenter a quovis alio, tunc substantia dicitur; illud vero quod solum non concipitur, sed per aliud ad cum ordine ad aliud, dicitur — modus.

Jam vero substantia duplex a nobis cognoscitur alia corporea alia spiritalis.

substantia corporea qua aliter materia dicitur est substantia in longum, latum, profundum extensa

substantia spiritalis qualiter dicitur mens est substantia cogitans id est intelligens et — volens

modi pariter alii sunt corporei ut figura, alii spiritales ut perceptio, judicium, &c.

mens autem humana quae est substantia — cogitans quatuor modis se attingere potest, nempe vel percipiendo, vel judicando, vel

ratio cindendo, vel ordinando: hinc quadruplex exurgit cogitationis species, scilicet perceptio, — judicium discursus et methodus. jam diximus quid sit perceptio et discursus.

judicium est secunda cogitatio mentis unum dealio vel affirmantis, ut cum dicitur deus est omnipotens, vel negantis ut cum dicitur deus est corruptibilis.

affirmare est unam ideam, vel plures cum alia jungere: negare vero est unam ideam ab alia separare utliquet exemplis adductis. Cum judicium spectatur in mente dicitur simpliciter et sine additio judicium: cum vero declaratur et manifestatur exterius, dicitur propositio.

propositio autem est oratio affirmans aut

unum dicio: in omni propositione tria reperiuntur: subjectum scilicet, attributum seu praedicatum et copula verbalis.
subjectum est id de quo aliquid dicitur, idest affirmatur aut negatur.
copula verbalis est verbum sum es est, quo subjectum et attributum junguntur in propositione affirmante, vel seperantur in propositione negante ope particulae non verbo substantivo praefixo. verbi gratia sit sequens propositio: deus est justus: deus erit subjectum, est, ea copula verbalis, justus erit attributum.
Haec nobis in praesentiarum sufficere videntur ad instituendas scholastico more disputationes. caetera fusius exponemus in aliis philosophiae partibus, in quibus occurrent innumerae notiones

quos singulis quaestionibus ubi opus fuerit
praemittemus. nunc veniamus ad quaestionem
[illegible] philosophiam universam moveri —
solitas. sit itaque

Caput quartum.

Questiones in universam philosophiam
ad philosophicam elaboratam quantum fieri
potest cujuslibet rei notitiam habendam, haec sedulo
inquirendo quid sit, an sit, cur sit, qualis sit, et —
quotuplex: in iis enim dubiis aut continebuntur omnes,
aut saltem ad haec 5 capita revocari posse —
videntur quae de quovis ente proponi possunt difficultates.
In questione quid sit explicatur rei natura et essentia,
quod quidem fit allato ipsius definitione.
In quaestione an sit cum existat semper fit de rei
possibilitate aut existentia.

in quaestione cur sit agitur de causis rei si quas habet
in quaestione qualis sit explicantur ejus proprietates:
in quaestione tandem quotuplex sit disputatur de divisione seu rei speciebus.
ut igitur philosophia ipsa philosophice cognoscatur 5 mox recensitae quaestiones circa ipsam agitandae sunt. sit igitur.

Questio prima

Quid sit philosophia

duobus modis spectari potest philosophia, vel juxta nominis etymologiam, vel quoad naturam suam.
philosophia juxta vim nominis idem sonat, ut jam diximus, quod amor sapientiae, amor non quidem animalis et caecus, sed rationalis, et ipsa cognitione fundatus; unde philosophus is est, qui

veritatem inquirit.
Sapientia autem hic est affectio seu dispositio animi recte sentientis et agentis: unde duo includit, cognitionem nempe veritatis, ut recte sentiamus, et studium honestatis, ut recte agamus.
Sapientiae nomen a sensu externo ad intellectum translatum est: ut enim cibos sapiendo et degustando voluptatem percipimus; ita et veritatem philosophice sapiendo et delibando non mediocri delectatione perfunditur animus.
Philosophiae nominis auctor fertur pythagoras, ante quem dicebatur sapientia. et ejus studiosi sapientes audiebant. verum ratus nomen illud superbiae non nihil redolere, modesto philosophi titulo superbi fastum nominis calcavit.
variis adhuc nominibus splendidis qs titulis ab antiquis decorata fuit philosophia, abiis scilicet apellata animi vita, mors corporis, virtutis indagatrix, vitiorum expultrix, similitudo hominis cum deo, mortis meditatio: verum ejusmodi in comis procelaris que titulis oratorum

more potius quam philosophorum ipsam pinxerunt.
hæc igitur mitto, quæ melius laudes et ornamenta
dicant, quam veras philosophiæ notiones —
quod philosophiæ naturam spectat, ea ipsius definitione
se prodit. varias supra veterum et recentiorum definitiones
retulimus; nunc vero ut innotescat quonam vitio singulæ
laborent, et nostra validioribus firmetur momentis, consultandæ
sunt, quæ nobis minus accuratæ videntur. stabilianda vero
quæ nobis legitima probatur. quod sequentibus propositionibus
exequemur sit itaque.

Conclusio prima.

philosophia aperipateticis non accurate definitur cognitio
vera, certa et evidens rerum naturalium per —
causas.

Probatur. nam illa definitio non est accurata quæ non gaudet
caracteribus ad accuratam definitionem requisitis atqui —
definitio philosophiæ aperipateticis allata non gaudet caracte-
ribus ad accuratam definitionem requisitis; nam definitio ac-
curata debet esse brevis, clara et rei definitæ convenire. atqui
definitio peripateticorum his caret dotibus.

1° quidem non est brevis: nam brevis non est illa definitio quæ
redundat vocibus inutilibus: atqui definitio peripateticorum —
luxuriat terminis inutilibus, nempe hæ voces vera et certa re-
dundant quæ clare et distincte intelliguntur per hanc vocem
evidens: verum est et certum, et cum etiam in familiari —

colloquio aliquid videri dicitur, nemo est qui statim non intelligat idem esse simul verum et certum: ergo hæ voces vera et certa redundant in definitione peripateticorum: proinde quæ brevis non est peripateticorum philosophiæ definitio.

2° clara non est eadem definitio: illa quippe definitio perspicua non est clara cujus non nulli termini sunt obscuri et ambigui: atqui termini quidem prædictæ definitionis obscuri sunt et ambigui, verbi gratia, hæc vox cognitio quæ perinde intelligi potest de idea cum perceptione vel judicio &c.

Deinde hæc voces verum naturalium fusiori indigent explicatione qua omnis collata æquivocatio et intellegatur rei naturalis nomine res divinas non excludi: similiter hæ voces per causas nemini obvias sunt et aperte nisi post accuratam multiplicis causarum generis notionem et distinctionem et consequenter ista definitio non est clara.

Denique prædicta definitio rei cognitæ non convenit: nam res definita est philosophia qualis est in hominibus. Hoc est: philosophia quæ ab hominibus in hac vita degentibus in improbo labore et singulari meditatione comparari potest: atqui prædicta definitio philosophiæ humanæ cum qualis est in hominibus, minime convenit. omnes quippe cognitiones, quæ ab hominibus solius rectæ rationis lumine acquiri possunt, non sunt semper evidentes, ut nemo negat, ergo allata definitio rei definitæ non convenit, aliunde brevis non erat perspicua, ergo ô Babel conditiones ad legitimam definitionem requisitas; proindeq: philosophia male definitur a peripateticis cognitio vera et certa.

iisdem prorsus momentis constat accuratam non esse quorumdam recensiorum definitionem qua philosophia dicitur judicium evidens per causas, vel ut aliis placet judicium evidens ex premissis evidentibus ortum; nam ex ea definitione sequeretur nullam cognitionem philosophicam dici posse, nisi quae sit evidens, et omnes rei cognitae causas compertas habuerit: atq[illegible] utrumque falsum est; pleraeque enim cognitiones philosophicae, (ut fateri non piget) nec evidentes sunt, nec omnes rei cognitae causas saltem primas complectuntur, verbi gratia in phisica quae pars est philosophiae locupletissima

pauciores sunt cognitiones evidentes, quæ nimirum genuinas, primasque rei causas exhibeant; ergo illæ recentiorum definitiones non sunt accuratæ.

Solvuntur objectiones

objicies. illa definitio est accurata quæ rei definitæ convenit: atqui allata a peripateticis definitio convenit philosophiæ; ergo est accurata.

nego minorem propositionem nam res definita est philosophia humana: atqui allata definitio non convenit philosophiæ humanæ; siquidem ipsa non est semper evidens ut satis notum est; ergo allata definitio rei definitæ seu philosophiæ non convenit.

ergo omnis cognitio philosophica est evidens.

distingo majorem. omnis cognitio philosophica continet causas rei cognitæ aliquas, sive remotas, sive proximas, concedo majorem. omnis cognitio philosophica continet primas rei cognitæ causas, nego majorem.

distingo pariter minorem. atqui cognitio quæ continet causas primas rei cognitæ est evidens, concedo minorem. atqui cognitio quæ continet causas rei cognitæ secundas et remotas est evidens, nego minorem. ergo omnis cognitio philosophica est evidens, nego consequentiam.

itaque possent cognosci vel aliquis causae
vel primae, vel remotae tantum et
secundae.
tunc cognoscuntur causae primae alicujus
rei, cum illius rei cognitio deducitur ex —
primis omnino principiis, hoc modo cognoscitur
manum esse digito majorem, quia omne totum
sua parte majus est.
Tunc vero cognoscuntur causae alicujus rei —
secundae tantum et remotae cum redditur —
ratio cur res aliqua tali modo se habeat et existat, —
sed ratio illa non omnino satisfacit, sive
deducta non est ex primis notionibus,
verbi gratia horum rationem motus horologii
reddit modo explicet fabricam rotarum

quae sibi invicem occurrunt et apte cohaerent,
et ostendat unam esse quae caeteris
motum communicat, ipsam vero ita
moveri a pondere deorsum cadente: sed
plena et perfecta non est illa ratio donec
causas gravitatis seu descensus corporum
gravium cognita sit, eam vero ex primis
principiis deducere difficillimum est.
Fateor equidem omnem cognitionem
philosophicam continere causas rei cognitae
aliquas sive veras notas essentiales, sive primas,
nego vero omnem cognitionem
philosophicam continere semper primas rei
cognitae causas: porro cognitio quae continet
causas rei cognitae primas est evidens, sed ...

cognitio quæ continet causas rei cognitæ
secundas dum taxat et remotas non potest
strictè loquendo evidens appellari; proinde
quæ non omnis cognitio philosophica est
evidens.

instabis. aliqua cognitio quæ dicitur philosophica
continet causas rei cognitæ primas. ergo
nulla solutio.

nego subsumptum propter rationes allatas.

instabis probando subsumptum cognitio
philosophica differt a cognitione rustica: aliqua
cognitio quæ differt a cognitione rustica
continet causas rei cognitæ primas; ergo
cognitio quæ dicitur philosophica continet
causas rei cognitæ primas.

nego minorem. nam cognitio quæ probabiles
et veras rerum causas vel proximas vel remotas
primas non sunt, differt a cognitione rustica

at qui tamen talis cognitio non est semper evidens aut ex praemissis evidentibus orta, nam illa tantum cognitio merito dici potest evidens quae nihil obscuri continet. atqui cognitio quae non exponit primas rerum causas seu quae non deducitur ex primis principiis, continet semper aliquid obscuri ergo cognitio quae differt a cognitione rustici non ideo semper continet primas rei cognitae causas.

et certe quamvis philosophus aliquando posset reddere causas solum modo probabiles et imperfecte cognitas alicujus effectus, verbi gratia aestus maritimi, virtutis magnepiae, tonitrui et similium effectuum, haec tamen cognitio superaret cognitionem rustici qui nihil nosce aliud supponitur, praeter id quod sensibus obvium est, videt nempe rusticus lapidem cadentem, mare fluens et refluens.

videt magnetem in mutuos cum ferro ruentem amplexus, et ibi sistit, aut stolide miratur, nec ulterius progreditur, imo quandoq: de causa sive prima sive remota tam stupendorum effectuum inquirenda nulla tenus cogitat.

instabis. cognitio quae non est per causas primas non ostendit quid res sit, nec quomodo sit; ergo non differt a cognitione rustici.

distingo antecedens. cognitio quae non est per primas causas non ostendit quid res sit omnino et perfecte, concedo antecedens. non ostendit imperfecte saltem et quantum patiuntur humani ingenii vires, nego antecedens, et consequentiam.

itaque aliquid potest explicari sive cognosci duobus modis, perfecte scilicet et imperfecte.

illud co quod latet perfecte quod necessaria
et evidenti connexione deducitur ex primis
principiis per se notis et immutabilibus, quorum
mente veritas objecto deo non pendet, quoalia
sunt ista, totum sua parte majus est,
quid quid percipitur verum est, idem non
potest simul esse et non esse &c.
illud vero ostenditur sive explicatur —
imperfecte tantum et probabiliter quod
vix deducitur ex principiis veris aut
maxime probabilibus, et apud omnes —
communi usu receptis, quæ tamen vulgo
aliquid obscuri habent adjunctum aut
absolute loquendo aliter se habere possunt,
talia sunt principia quorum veritas non ex
omnino invariabilis, aut abomnipotentissimâ

dei voluntate pendet qui solitas naturae leges et ordinem immutare potest.

Porro plurimae sunt cognitiones quae licet interfectae admodum sunt, dici tamen solent philosophicae, ut plaeraeque cognitiones phisicae, quae certe differunt a cognitione rustici, licet non sint ex praemissis evidentibus deductae.

instabis. atqui cognitio philosophica debet perfecte et omni ex parte explicare quid res sit, ergo nulla solutio.

probatur subsumptum. cognitio philosophica debet omnem obscuritatem removere; ergo debet perfecte ostendere quid res sit.

nego antecedens. nam ut cognitio dicatur et sit philosophica, sufficit quod rem ingeniose explicet per rationes veras et maxime probabiles

quae virum prudentem ad ascensiendum impellere possunt: atqui ejus modi rationes non omnem obscuritatem removent, quia propter angustos humani ingenii limites non semper percipitur earum connexio cum primis et immutabilibus principiis quae sola nihil patiuntur obscuri; ergo — omnis cognitio philosophica necessario non debet omnem obscuritatem arcere.

Objicies iterum. philosophia differre debet ab errore, opinione, et a sacra theologia: atqui ea tenus differt ab errore &c. quatenus definitur cognitio vera et certa rerum naturalium; ergo accurata est peripatetica rum definitio.

Nego minorem: nam per illam vocem
evidens sufficienter philosophia
distinguitur ab errore, opinione
et sacra theologia: nam cognitio
eo ipso quo est evidens vera est unde discrepat
ab errore, est etiam certa et in hoc ab
opinione et dubio differt: deinde cognitio
evidens est etiam cognitio verum naturalium,
solæ quippe res naturales evidenter ab
homine cognoscuntur, mysteria vero fidei
obscure duntaxat et revelationis divinæ
beneficio cognoscuntur, ergo inutiles sunt
hæ voces vera &c. ad philosophia distinguatur
ab errore, opinione et sacra theologia, proinde
quæ prolixior est peripateticorum definitio
alias insuper laborat vitiis supra jam notatis,

et consequenter non est admittenda.
Confuta peripateticorum definitione et aliis
ad eam proxime ascendentibus, refellenda
nunc est quae a platonicis affertur philosophiae
definitio; sit itaque.

Conclusio secunda.

philosophia non recte definitur a
platonicis, scientia rerum divinarum &c.
Probatur. nam illa definitio non est accurata
quae perspicua non est, nec rei definitae
convenit. atqui talis est definitio philosophiae
a platonicis allata.
Primo quidem perspicua non est. nam
illa definitio perspicua non est cuius termini
sunt obscuri et intellectu difficiles: atqui



PLATON fut un tres grand Philosophe, et fut appelle' Platon accause qu'il auoit les espaules larges. Prince de l'academie. il fut disciple de Socrate. il fut en Italie pour entendre les Pitagoriens, de la il fut en Egypte ou il leut les liures de Moyse. et fut le premier Autheur du Dialogue. et mourut age' de. 88. ans. mange' de poux.

Chez Vallet

Aparis

SORBONNE



termini praedictae definitionis sic se habent:
sic scientia est nomen admodum aequivocum
alii enim scientiae nomine intelligunt
cognitionem quamlibet certam ex principiis
certis discurrentem, alii vero cognitionem
evidentem rei necessariae ex causis primis
deductam: pariter haec voces rerum divinarum
et humanarum facile non innotescunt, sed
fusiori indigent explicatione ut intelligantur:
si quidem alii per res divinas solum deum,
id est essentiam divinam et attributa divina
intelligunt, alii vero omnes promiscue res
spirituales: similiter per res humanas alii solum
hominem et ea quae hominem propius
spectant, alii vero res omnes materiales et
corporeas indiscriminatim: denique hae
voces causarum sunt aequivocae aut saltem

inutiles, si quidem omnis scientia naturalis proprie loquendo debet attingere causas: termini igitur definitionis platonicorum in varios sensus detorqueri possunt, effusiori indigent expositione, proindeque clara non est definitio platonicorum.

Deinde ista definitio non convenit rei definitae. nam res definita est philosophia humana: atqui philosophia humana qualis ab hominibus improbo labore comparari potest non est semper scientia, saltem si vox illa stricto sensu accipiatur pro cognitione omnino evidenti et quae omnes rei cognitae causas comprehendat; ergo praedicta definitio rei definitae non convenit, aliunde perspicua non est; et consequenter accurata non est

definitio philosophiae a platonicis allata.
Addi posset primo philosophiam male dici
a platonicis scientiam causarum quibus
res divinae et humanae continentur; aliud
enim est dicere philosophiam esse cognitionem
per causas, aliud vero asserere ipsam esse
cognitionem causarum; etenim scientia
dei est non modo rerum, sed causarum
cognitio, et tamen scientia dei male
appellaretur philosophia.
Secundo addunt non nulli definitionem
platonicam peccare, quia convenit
philosophiae duntaxat collective sumptae,
idest toti simul collectioni cognitionum
philosophicarum; non autem philosophiae
distributive sumptae, idest cui libet seorsim

philosophiae partem: sic inquiunt physica est scientia rerum humanarum non vero divinarum, ~~[illegible]~~ metaphysica vero est scientia rerum divinarum et non humanarum.

Hactenus vulgatas philosophiae definitiones exposito earum vitio impugnavimus, nostra nunc propugnanda est, quare sit.

Conclusio tertia.

philosophia recte definitur inquisitio veritatis solius rectae rationis lumine facta.

Probatur. nam illa definitio legitima censeri debet quae regulis accuratae definitionis est consona: atqui definitio philosophiae a nobis allata talis est; nam leges accuratae definitionis sunt ut constet genere et

differentia, ut sit clara, brevis et reciproca
seu vel definitae convenient: alqui nostra
definitio his omnibus legibus est conforma —
Primo quidem constat genere et differentia.
nam illa definitio constat genere et differentia
quae ostendit in quo vel definita cum aliis
verbis conveniat, et in quo abiis deum discrepet:
alqui nostra definitio sic se habet; philosophia
hae voce, inquisitio designatur genus —
philosophiae, siquidem quatenus philosophia
dicitur inquisitio convenit cum omnibus aliis
disquisitionibus, cum aliis scientiis humanis,
quae accurate loquendo sunt potius disquisitiones
quam cognitiones: his vero vocibus veritatis
solius rectae rationis lumine facta, distinguitur
philosophia ab errore qui ad verum non tendit

nec rectæ rationis lumine nititur, ab opinione seu fide humana quæ verisimilitudinem ut plurimum potius quam veritatem occupatur, a fide divina quæ sola dei revelantis auctoritate ducitur, denique a sacrâ Theologiâ quæ partim revelatione divinâ partim ratione naturali fundatur; ergo primo nostra definitio constat genere et differentia.

Secundo est clara. nam illa definitio clara est cujus termini non sunt obscuri et æquivoci: atqui nostræ definitionis termini non sunt obscuri et æquivoci, siquidem mediocri attentione data et absque longiori explicatione genuinus eorum sensus facile intelligitur;

ergo clara est.

Tertio brevis est. nam illa definitio brevis est quae non luxuriat vocibus inutilibus: atqui nostra definitio sic se habet; omnes enim ipsius termini sunt necessarii ad habendam accuratam et distinctam philosophiae notionem; ergo brevis est.

Quarto demum rei definitae convenit. nam res definita est philosophia humana: atqui hujus modi philosophia si verum fateri voluerimus est potius inquisitio veritatis, labor nempe et animi contentio ad veritatem detegendam quam cognitio ipsius veritatis; veritatem quippe in paucioribus solum modo rebus assequimur, adeo densa ignorantiae caligo mentem invasit post lugendum primi parentis fatum; ergo nostra definitio —

philosophiae convenit, alcunde brevis est, clara, constans genere et differentia; proinde que numeris omnibus est absoluta, et consequenter philosophia recte definitur — inquisitio &c.

Objectiones.

objicies primo. illa definitio non est legitima quae est obscura: atqui nostra definitio est obscura; ergo non est legitima.

Nego minorem. nam illa definitio non est obscura cujus omnes termini menti vel mediocriter attendenti breviori allata eorum expositione statim affulgent: atqui nostrae definitionis termini tales sunt; ergo nostra definitio non est obscura.

Instabis. illa definitio est obscura cujus non nulli termini non satis intelliguntur: atqui ~~relicta~~ praedictae

definitionis terminis non satis intelligentur,
verbi gratia non satis intelligitur quid sit
inquisitio, et quo pacto fiat: non satis etiam —
apparet cujus nam veritatis naturalis ne an
supernaturalis philosophiae sit inquisitio: —
non satis denique liquet quid sit recta ratio
cujus lumine fieri dicatur philosophica veritatis
inquisitio; ergo allata definitio est obscura.
Nego minorem: et dico omnes terminos —
praedictae definitionis esse perspicuos ad modum
et aptos ad philosophicae notionem animo —
exhibere; nemo enim negat inquisitionem
esse laborem usum et contentionem ad
aliquid detegendum: porro nullo negotio
intelligitur ibi sermonem esse de veritatibus
naturalibus cum additum inquisitio solius —

rationis luce facta, si quidem solae veritates naturales naturali lumine detegi possunt, ad veritates enim supernaturales assequendas revelationis divinae praesidium requiritur; denique rectae rationis nomine facile intelligitur mens ratione sua legitime utens, quod fit cum ex principiis quantum fieri potest certis in concussas deducit conclusiones; ergo nulli nostrae definitionis termini sunt captu difficiles aut aequivoci.

Objicies secundo. illa definitio non est accurata quae genere non constat: atqui praedicta definitio talis est; ergo non est accurata.

Nego minorem et dico inquisitionem esse genus in hac definitione; omnes quippe aliae a philosophia disciplinae sunt tot idem inquisitiones potius quam cognitiones cognitionis nomine stricte sumpto pro ipsa veritatis

exploratione; ergo nostra definitio genere constat.

instabis. sequitur philosophos esse tot idem veritatis inquisitores, adeoque tot idem pyrronios qui scilicet se nihil scire seu cognoscere gloriabantur, sed omnia in dubium revocabant: falsum consequens, id est atqui philosophi non sunt tot idem inquisitores, sed veritatem in multis cognoscunt. ergo et antecedens, id est ergo inquisitio non debet dici genus in definitione philosophiae.

distinguo majorem sequitur ex hac responsione philosophos esse tot idem inquisitores veritatis quam sedulo investigatam quandoque felicite detegunt, concedo majorem. esse tot idem moeros et steriles indagatores veritatis quam nunquam detegant etiam maturo ac diligenti examine adhibito, nego majorem: minore

ad sensum majoris distincta nego consequentiam.
Revera philosophi non sunt simplices veritatis inquisitores qui scilicet aut veritatem assequantur nunquam, aut in hac detegenda frustra desudent sed philosophi sunt inquisitores veritatis quam post assiduas meditationes et diuturnum laborem feliciter attingunt; proinde q: philosophia merito dicitur inquisitio.
Ecce philosophi omnes ut experientia testatur veritatem inquirunt, ei ad inveniendae omnes ingenii nervos contendunt: omne scil. qui eam post crebras meditationes detegit, actum vero esset omnino de philosophis si is unus philosophi nomen vindicare sibi jure posset qui veritatem exploratam semper haberet, philosophus esset rara avis in terris, et nigro simillima signo; aptius igitur nostro quidem judicio philosophia

qualis est in hominibus dicitur inquisitio quam cognitio veritatis.

Objicies tertio. medium ad philosophiam acquirendam non ipsa philosophia: atqui inquisitio veritatis est solum modo via et medium ad philosophiam acquirendam; ergo philosophia non bene definitur inquisitio veritatis.

Nego minorem et dico inquisitionem veritatis non esse duntaxat medium ad philosophiam de qua hic agitur, sed esse ipsam philosophiam; nihil quippe aliud praestat philosophus nisi ut ex veritate investigata et detecta ac proinde magis nota aliam minus notam ratiocinii ope deducat: atqui veritates alias ex aliis longa et intricata quandoque ratio amorum ~~[illegible]~~ serie eruere, nihil aliud est accurate loquendo quam inquirere veritatem. ratio cinium quippe. nihil aliud est quam inquisitio

consequentes in antecedente involuti, idest veritatis in alia delitescentis, conclusionis scilicet in principiis; ergo inquisitio veritatis est ipsamet ~~et~~ philosophia, non vero solum modo medium ad ejus consecutionem.

Instabis. finis philosophiae est cognitio veritatis, nam veritas inquiritur ut cognoscatur; ergo inquisitio est duntaxat medium ad philosophiam.

Distinguo antecedens. finis remotus et mediatus philosophiae est cognitio veritatis, concedo antecedens: finis proximus et immediatus est cognitio veritatis, ~~neg~~ subdistingo. finis philosophiae in se et perfecte quae sapientia dicitur est cognitio veritatis, transeat antecedens, finis philosophiae humanae, imperfecte et in nobis considerate de qua sola hic agitur est cognitio veritatis, nego antecedens et consequentiam.

finis itaque duplex est, proximus, et remotus.

Finis proximus est ille qui proxime et immediate intenditur ab agente, sic sanitas est finis proximus hominis aegrotantis.

Finis vero remotus est ille qui remote tantum et alio mediante intenditur ab agente, sic salus aeterna est finis remotus respectu hominis christiani graviter decumbentis.

porro finis remotus philosophiae est cognitio veritatis ad quam mediante inquisitione pervenit, sed finis proximus et immediatus philosophiae humanae est inquisitio veritatis; etenim tam arctis mens humana concluditur limitibus, tam spissae ipsi offusae sunt ignorantiae tenebrae ex quo stultitia sua coelum petiit mortalium parens ut veritatem raro assequatur, et maxima pars rerum quas

novimus ~~[illegible]~~ minima sit earum quas ignoramus.
Dixi transeat ad secundam distinctionem
quia philosophia etiam ipse considerata
ratiocinio nititur, et proinde ~~qu~~ ope veritatum
prius cognitarum inquiri veritates
incognitas donec tandem ad prima quaedam
et notissima principia pervenerit.
instabis. inde sequitur eum qui cognoscit
veritatem philosophi nomine non amplius
donari posse: absurdum consequens;
ergo et antecedens.
nego sequelam majoris. etenim qui
cognoscit veritatem non desinit esse philosophus
modo veritate jam defecta veluti instrumento
et gradu utatur ad alias veritates inquirendas
ac detegendas, nec proinde desinat inquirere
donec ad prima principia ascenderit: atqui res

ita est; etenim philosophus non absimilis est
homini qui inter effodiendam terram reperit
vestigia thesauri absconditi; is enim cum
aliquid semel detexit nedum ibi gradum
sistat, uno novos induit animos, et aliquid
denovo semper inveniendi cupiditate incensus
suas disquisitiones ulterius promovet: ita fere
est de philosopho, cum semel latentem aliquam
veritatem inquisitionis et meditationis via
compertam habuit, longius progreditur donec
ad primas veritates et prima rerum omnium
principia assurgat quae quidem cum vix
ac ne vix quidem ~~adopu~~ a nopis detegantur,
ideo philosophia melius inquisitio quam
cognitio appellatur.
instabis sequitur iterum mathematicas disciplinas
e philosophiae partium albo excongendas esse.

absurdum consequens, ergo et antecedens.
Nego sequelam majoris quæ est de falso
supponente; supponit enim matheseos
non esse inquisitionem veritatis, quod
falsum esse constabit ex rationis mox —
adferendis.
instabis quo casu sequelam majoris. matheseos
non est inquisitio, sed media et aperta veritatis
cognitio, omnia quippe in mathesi demonstrata
sunt, et in tantum aliquid est certum apud
mathematicos in quantum est demonstratum
sive evidenter cognitum; ergo mathesis
ex philosophicæ gratiam dum vero est delenda.
Nego antecedens. nam ut mathesis vera
inquisitio dici debeat, sufficit ut mathematici
ex suis axiomatibus seu primis quibusdam,
generalibus et simplicissimis veritatibus quæ

probatione non indigent alias veritates
minus notas longa ratiociniorum et
demonstrationum serie deducant et proinde
conclusiones per principia inquirant.
atqui res ita est, sic arithmetica varias
numerorum inter se rationes seu relationes
rimatur: geometria varias diversarum
figurarum proportiones inquiri; ergo
mathesis ipsa est vera et propriae dicta
inquisitio veritatis non secus ac caeterae
aliae philosophiae partes.
praeterea nemo nisi peregrinus et hospes
in mathesi ignoraverit multa adhuc a
mathematicis detecta nundum fuisse sed adhuc
inquiri, multa hujusce rei exempla proferre
difficile non esset: aliunde vero quaecumque

abiis detegunturr, ea antecedit, comitatur et sequitur inquisitio.

Haec de nomine, natura et definitione philosophiae sufficiant; nunc ordo propositae methodi postulat usagamus de ejus existentia: sit igitur.

Questio secunda

an sit sive existat philosophia.

questionis sensus est utrum post diligens examen aliquarum rerum veritas certo nobis nota sit: deinde an ea ratione sciantur, id est an certo constent quae cumque ab humana mente cognoscuntur.

Duplicis generis hostes in proposita questione infestis armis debellandos habemus: duobus scilicet hinc et inde erroribus ediametro oppositis oppugnatur propositio mox stabilienda quorum uter sit periculosior vix potest discerni:

etenim de omnibus dubitare ac veritatis
inveniendae viam sibi praecludere si
insanum videtur, veritatem in omnibus
certo ad inventam sibi gratulari, et de
nulla dubitare non ferendae est superbiae.
Quemadmodum igitur aequaliter deploranda
est conditio illorum hominum qui inter
efferos vastae alicujus solitudinis horrores
misere derelicti aut omnibus se viis
committunt voluntario imprudentes, aut
nulli se credunt itinere in tempestive cauti,
sic et haud scio utra sors magis dolenda
sit vel eorum qui de veritate cognita atque
etiam cognoscenda desperant, aut de ea
certo in omnibus inventa ultra modum
gloriantur.
Primi a pyrrone eorum antesignano
pyrronici dicuntur, sive recentiores academici

quos inter et veteres hoc intersedit discrimen, quod recentiores veritatem fuisse ab hominibus aliquando inventam penitus inficiabantur, et simul de eadem invenienda unquam et detegenda desperabant, unde a verbo greco ἀκαταλεπτίσι dicti sunt id est incomprehensores qui nihil omnino se posse cognoscere profitebantur naturam accusantes quae in profundo ut aiebat democritus, veritatem abstrusisset, unde caeteros homines deridere non erubescebant, quasi in inquirenda veritate oleum et operam perderent.

Veteres vero academici veritatem ab hominibus non esse hactenus inventam ultro confitebantur, animum tamen non despondebant, ipsam que studio et labore detegi posse rati non segnem ipsi inquirendae operam dabant, unde et sceptici, seu inquisitores aut consideratores dicti sunt.

Alii philosophi his et illis oppositi dogmatici vocati non tantum veritatem cognoscere se, sed nulla dere dubitandum esse arbitrabantur: inter hos tamen fuisse fateor nonnullos modestiores qui intra justos limites sese continuerunt, ii quippe fateri non gravabantur multa quidem a nobis ignorari sed tamen aliqua certo cognosci. Ad hanc autem opinionem, nedicam insaniam, perpetuo scilicet dubitandi adducti sunt academici, quia cum viderent inter judicia nostra quaedam esse falsa, non nulla incerta, alia obscura, contenderunt non dari infallibilem veritatis regulam qua secernantur vera a falsis, certa a dubiis, et obscura ab evidentibus.

Extinctas plane illorum philosophorum sectas immerito quis arbitraretur, usque etiam nullos unquam extitisse homines qui serio

judicaverint nihil omnino certum esse longe
aliter se res habet: aetas nostra innumeris, proh
dolor! scatet hominibus qui pyvroniorum
insaniam instorantes nihil veri et certi
habent, et de omnibus dubitare amant, qui
religionem ipsam quasi aut abjectior foret,
aut excelsior ac fortior esset eorum animus
in impium problema et ludibrium convertunt;
quin etiam justum et inter et injustum,
turpe et honestum nullum aliud quam
arbitrarium discrimen ex legum instituto,
rustica populorum semplicitate vel consuetudine
agnoscunt, omnia que utilitate vel voluptate
metiuntur.

Quantum ab ejus modi peste cavendum sit
nemo non sentit; si enim nihil sit certi
nec esse possit, deus ipse e medio tollitur, nec
religio, nec res publica in tuto consistit, et

omnia hominum officia in alia credere necesse est; en quo mortales in suis cogitationibus evanescentes perducit pyrronismus.

Ut autem ἀκαταλεπτικὸς et scepticos uno et eodem ictu feriamus, probabimus praecise dari apud nos in concussa quaedam judicia de rebus naturalibus, ipsamque proinde philosophiam existere; cum enim, ut aiunt, ab actu ad posse valeat consecutio, si contra scepticos ~~usque~~ actu existere ostendatur ipsius possibilitas adversus acatalepticos recte evincetur: quare sit.

Conclusio.

Existit apud homines philosophia.

probatur. nam vel existit philosophia vel de omnibus omnino rebus dubitare licet: atqui de omnibus dubitare non licet; de iis enim reipsa dubitare minime licet quae post sufficientem

inquisitionem certo cognoscantur: alqui
multa a nobis post sufficientem inquisitionem
certo cognoscuntur; nam ea certo cognoscuntur
de quibus evidentia ferimus judicia: atqui
de multis entibus naturalibus evidentia non
numquam ferimus judicia: sic quisque
dato vel medio cui attentione certus est
omnem cogitantem existere, quia
percipit frui non posse ut quis cogitet
et non existat: pariter certus est manum
esse digito majorem, quia omne totum
sua parte majus est; ergo multa a nobis
certo, imo non numquam evidenter
inquiruntur ac deteguntur; ergo de omnibus
ipsa dubitare nefas est; proinde quae datur
apud nos philosophia

Et sane datur apud nos philosophia modo nulla sit philosophiae pars quae non habeat aliquas saltem cognitiones certas aut etiam evidentes de quibus dubitare non licet: atqui res ita est ut patet singulas breviter perlustranti philosophiae partes: sic logicus certo novit definitionem re definita clariorem esse debere, quia rei naturam explicat: demonstrat methaphisicus deum existere quia existunt creaturae quae ab alio quam a deo suam existentiam mutuari non possunt: moralis philosophus certo novit hominem esse virtutis et vitii capacem, laude vel vituperio dignum quia pollet libertate ad bonum et ad malum versatili: demonstrat mathematicus

circulum esse rotundum quia suos omnes habet radios aequales: denique novit phisicus lunam ~~elip~~ elypsim pati, quia terra quandoque lunam inter et solem interponitur; ergo ex hac inductione liquet quamlibet philosophiae partem alicuibus gaudere cognitionibus sive disquisitionibus certis, et consequenter existit philosophia.

Denique hoc argumento, ut aiunt ad hominem probatur adversus academicos insulsum prorsus esse omnia in dubium revocare; nam ille etiam qui dubitat et affirmat ~~de~~ omnibus dubitandum esse, vel ore tenus negat quidquam sciri posse, vel ex animo et intima persuasione id negat; atqui si ore tenus

et reclamante propria conscientia id asserit, mentitur, nullaque ei fides est habenda: si autem ex animo id profert, hoc saltem illi constat se negare, se dubitare atque adeo se cogitare et existere; fieri enim non potest negantem et dubitantem non cogitare, cum negatio, idem duas de dubitatione sit quaedam cogitationis species, fieri pariter non potest cogitantem non existere, ut per se satis patet; ergo vel ipsa incredulorum et pyrroniorum pertinacia validum est existentis philosophiae argumentum.

Objectiones

objicies primo cum academicis, philosophia inquiunt foret cognitio certa, atqui non datur

cognitio certa; ergo non datur philosophia.
Nego minorem. nam cognitio certa
est cognitio firma quæ aliter se habere
non potest: atqui existit aliqua cognitio firma
stabilis et immota, qualis est cognitio qua
quisque sibi conscius est se existere dum
cogitat aut scribit, quia fieri nequit ut
qui cogitat vel scribit non existat, prius enim
est esse quam cogi; ergo existit aliqua
cognitio certa.

Infallibilis cognitio certa præsupponit objectum
certum: atqui nullum est objectum certum;
ergo nulla est cognitio certa.

Nego minorem. nam objectum certum est
objectum immutabile certaque est immutabili
ratione cognitum: atqui multiplex est

objectum hujus modi, nempe res omnes naturales sunt certa et immutabiles; nam illud est immutabile quod aliter esse non potest: atqui res naturales aliter se habere nequeunt, verbi gratia circulus ex natura sua ita rotundus est ut non possit esse quadratus, totum non potest esse sua parte minus: homo ita necessario exigit constare corpore et mente ut sine illis esse nec concipi valeat, atqui ita se habent; ergo res naturales sunt immutabiles, et consequenter existit objectum aliquod certum

Instabis. res naturales quarum veritas vere rationis lumine cognoscitur sunt objectum philosophiae: atqui res naturales, saltem si Deum excipias non sunt certa, sed mutabiles; ergo objectum philosophiae

non est ens.

Distinguo minorem: aliqui res naturales sunt mutabiles quo ad existentiam, concedo minorem: quoad essentiam, nego minorem: ergo objectum philosophiæ non est ens, distinguo consequens. ergo objectum philosophiæ non est ens secundum existentiam concedo consequentiam, secundum essentiam et naturam, nego consequentiam.

Itaque aliquid spectari potest duobus modis, — vel secundum existentiam, vel secundum essentiam et naturam suam.

Illud spectatur secundum existentiam quod — consideratur prout est in rerum natura, extra nervum nihil, sive extra ideas divinas.

Illud vero spectatur quoad essentiam quod consideratur secundum complexionem aut exigentiam attributorum sine quibus nec esse nec concipi potest.

Porro res omnes naturales excepto deo sunt mutabiles

quoad existentiam quia liberrime producuntur et conservantur adeo, et proinde possunt existere vel non existere, sicut enim deus ipsis existentiam libere dedit, sic eam potest quando voluerit eripere, sed res naturales non sunt mutabiles secundum essentiam; nam illud non est mutabile quoad essentiam quod constat certis quibusdam attributis sine quibus nec existere nec concipi potest: atqui res omnes naturales sic se habent, verbi gratia, circulus potest quidem existere vel non existere, sed ex hipotesi quod existat non potest non esse rotundus et deus ipse licet praepotens circulum aliter facere non potest quam rotundum; ergo res naturales non sunt mutabiles quoad essentiam suam; proindeque licet objectum philosophiae certum non sit quoad existentiam, attamen certum est secundum suam naturam et essentiam.

Instabis. illud est mutabile secundum essentiam cujus essentia pendet adeo libere creante et conservante.

aliqui essentia rerum naturalium pendet adeo;
ergo res naturales sunt mutabiles secundum
essentiam.

Nego minorem: nam illud non pendet adeo libere
creante quod habet certam attributorum complexionem
independenter adeo creante. aliqui essentia rerum
naturalium habet certam attributorum
complexionem independenter adeo creante: sic homo
ita constat corpore et mente ut non possit creari
adeo homo qui corpore et mente non sit compositus,
alioquin non esset homo ut supponitur; ergo essentia
rerum naturalium non pendet adeo libere creante
instabis. existentia rerum ex concessis pendet adeo
libere creante. ergo ex concedendis essentia pendet
quoque adeo libere creante.

Distingo consequens. ergo essentia pendet adeo ut existat
extra deos divinos, ut e nihilo educatur, concedo consequen-
tiam; ergo essentia rerum pendet adeo ut sit talis, et
ut constet certis attributis. concedo consequentiam

fateor equidem existentiam rerum naturalium pendere adeo libere creante, ac proinde essentiam rerum similiter pendere adeo ut existat in rerum natura, nego vero essentiam rerum creatarum pendere adeo ut sit talis, et ut constet certis attributis; illud enim non pendet adeo libere creante ut constet certis attributis quod cognoscitur adeo, ut constans certis attributis prius quam ab ipso creetur et producatur: atqui essentia rerum cognoscitur adeo ut constans certis attributis prius quam ab ipso producatur, siquidem prius novit deus producenda quam ipsa producat sicut architectus prius novit domum aedificandam, quam ipsam aedificet, verbi gratia deus prius novit quid sit circulus et quibus constet attributis quam ipsum producat; ergo essentia rerum naturalium non pendet adeo ut sit talis et constet certis attributis;

instabis essentia et existentia sunt quid unum et idem. ergo si existentia rerum pendet adeo creante, essentia quoque pendet ab ipso ut sit talis et constet certis attributis.

nego antecedens nam illa non sunt quid idem quorum unum est aeternum, immutabile et independens, alterum vero in tempore factum, mutabile et dependens: atqui essentia rerum naturalium est aeterna, immutabilis et independens, existentia vero ut per se patet, est in tempore accepta, mutabilis et dependens; ergo essentia et existentia rerum naturalium non sunt unum et idem.

Instabis. saltem nisi essentia rerum naturalium penderet adeo ficus existentia, jam deus necessitaretur in productione rerum naturalium; atqui deus necessitari non potest in productione rerum, deus enim ut pote liberrimus in agendo res quoque liberrime producit et eo modo quo vult; ergo essentia rerum creatarum non minus pendet adeo quam earum existentia.

Distinguo majorem: deus necessitaretur hypotesice in productione rerum, concedo majorem: deus necessitaretur absolute in productione rerum, nego majorem: atqui deus praesumma sua libertate

necessitari non potest, distingo minorem: aliqui deus necessitari non potest absolute, concedo minorem: hypotetice, nego minorem et consequentiam.
Itaque aliquis necessitari potest duplicitet, absolute et hypotetice.
ille necessitatur absolute qui absque agendo obtinere nequit, sic homo dare cessitatur ad mortem, quia statutum est omnibus hominibus mori teste apostolo.
ille vero necessitatur hypotetice qui ex hypothesi quod agat debet id quod agit necessitus quam alio modo facere, quia natura illius quod producit exigit necessario sic produci.
Ergo deus non necessitatur absolute ad productionem rerum naturalium, potest enim eas producere vel non producere pro nutu et arbitrio suo, eas productas conservare potest vel non conservare ut nemo negat, sed deus necessitatur hypotetice in productione rerum, nam ille necessitatur hypotetice qui posito quod res producat debet illas tali modo producere quam alio quolibet modo: aliqui deus sic se habet, vera gratia

antequam deus hominem producat penes ipsum est hominem producere vel non producere, sed ex hypotesi quod ipsum producat, debet illum producere conformem suae essentiae, constantem nempe corpore et mente potius quam quibus libet aliis perfectionibus instructum; ergo deus necessitatur saltem hypotetice in rerum productione; proinde q: licet rerum existentia pendeat a libera dei voluntate, non idem colligendum est de earundem essentia quae est immutabiliter et necessario talis ante quodlibet dei decretum.

Objicies secundo. ut existat philosophia debet esse aliqua facultas veritatis certo cognoscendae seu inquirendae capax: atqui nulla existit facultas certo cognoscitiva; ergo non datur philosophia.

Nego minorem. nam datur intellectus humanus: atqui intellectus humanus est facultas certo cognoscens; nam facultas quae percipit, id est idearum intuitu seu evidentia ducitur sane verum certo cognoscit,

80

Aequidem quidquid percipitur verum est certum: aliqui intellectus humanus quandoq: percipit, seu evidentia illustratus ut patet exemplis in probatione relatis; ergo intellectus est facultas veritatis certo et infallibiliter cognoscendae capax; proinde q: datur facultas certo cognoscitiva.

Instabis. Illa facultas non est certo cognoscens quae est erroris obnoxia: aliqui intellectus nostri erroris obnoxius est ut quotidiana et tristi experientia constat; ergo intellectus humanus non est facultas certo cognoscens.

Distingo minorem: intellectus est erroris obnoxius quando perceptione non nititur, concedo minorem: quando perceptione seu idearum splendore et evidentia collustratur, nego minorem. Distingo consequens ed sensum minoris.

Nego intellectus noster est erroris obnoxius quando

non attendit ad ideas rerum; sed intellectus non est errori obnoxius quando perceptione ducitur; proindeq: intellectus non est facultas certo cognoscens in iis quae non percipit et de quibus judicamus praejudiciis excaecati vel praecipitatione ad repti aut pravis animi affectibus illaqueati, sed intellectus est facultas certo cognoscitiva in iis quae percipit; nam tunc intellectus est facultas certo cognoscens in ordine naturali quando facem ipsi praefert tutissima veritatis regula: atqui cum intellectus percipit seu ut ajunt evidenter cognoscit, tunc ipsi adest tutissima veritatis naturaliter cognoscendae regula; ergo intellectus est facultas certo cognoscens in his quae percipit

Negari potuisset absolute minor; nam accurate loquendo non tam intellectus noster quam pravus

libertatis nostrae usus praecipua est errorum nostrorum causa.

Instabis. facultas finita est semper ac necessario errori obnoxia etiam quando percipit: atqui intellectus humanus est facultas finita; ergo intellectus est errori obnoxius etiam quando perceptione seu evidentia collustratur.

Nego majorem. nam ex eo quod intellectus noster sit facultas finita, sequitur tantum res ab intellectu nostro attingi posse finito dumtaxat modo ac imperfecte, et ~~[illegible]~~ pura esse in quo vis objecto quae nostram intelligendi vim superant, sed non sequitur cum esse errori obnoxium saltem semper et per se.

Instabis. facultas imperfecta est necessario errori obnoxia: atqui facultas finita qualis est mens humana est imperfecta; ergo est necessario et in omnibus errori obnoxia.

Nego majorem — nam facultas imperfecta non percipit quidem nec cognoscit res nisi modo valde imperfecto, sed tamen cum aliquid necessario cognoscat, necesse non est ut in omnibus decipiatur; siquidem in altera vita mens nostra erit adhuc finita et imperfecta: atqui tamen in illo statu non erit errori obnoxia, quia non judicabit nisi de iis rebus quas percipiet; ergo ex eo quod mens nostra sit imperfecta male concluditur veritatem ab ea certo cognosci non posse; proindeq: necessario et per se in omnibus errori obnoxia non est. Et sane quid est intellectus? si accurate loqui — voluerimus est mens nostra quatenus percipit id est idearum splendore illuminatur: atqui mens nostra quatenus percipit certe non est errori obnoxia, ut in toto philosophiae decursu ostendemus, nunquam enim in errorem prolabimur dum de his solum modo judicamus quae percipimus, sed fallimur

quia de rebus ignotis judicare aggredimur et ascensus noster latius patet quam perceptio nostra; ergo intellectus accurate loquendo non est errori obnoxius:

Objicies tertio. si qua daretur cognitio certa maxime propositionum universalium, qualis est ista omnis homo est rationis particeps, de singularibus enim ut pote contingentibus non datur scientia ex vulgari adagio: atqui non datur cognitio certa propositionum universalium; ergo non existit philosophia.

Nego minorem. nam certe sumus de propositionibus illis quae proximo idearum nostrarum intuitu fundantur: atqui plurimae sunt propositiones generales quae fundantur proximo idearum intuitu, tales sunt sequentes, quidquid cogitat existit, omnis triangulus constat tribus lateribus totidemq: angulis;

ergo datur cognitio certa propositionum
universalium
ad vulgare istud effatum, de singularibus
non datur scientia, respondeo illud falsum esse
nam hæc propositione, ego cogito, ego loquor,
sentio dolorem, ignis mihi videtur calidus
sunt singulares: aliqui tamen illæ propositiones
certissimæ sunt, ut per se patet, siquidem
attendatur intime et vivido sensu eorum
quæ in anima nostra peragantur; ergo
falsum est de singularibus non dari scientiam
stabilem. ut propositio universalis certo cognoscatur
debet fieri enumeratio omnium singularium
subipsa contentorum, verbi gratia ut ista
propositio universalis, omnis homo est rationalis
certo cognoscatur debet fieri enumeratio omnium
hominum ut videatur an singulis in particulari

conveniat rationalitas: atqui ejus modi enumeratio impossibilis est ut liquet; complectitur enim infinita omnes scilicet homines qui fuerunt, sunt et futuri sunt usque ad consummationem saeculi; ergo non datur cognitio certa de propositionibus universalibus. Primo nego majorem. nam non sunt multiplicanda entia sine necessitate exaziomate apud philosophos recepto, idest nihil admitti debet inutile: atqui certe inutilis est enumeratio omnium hominum ut quis tuto affirmet omnem hominem ratione pollere: via scilicet breviori istud detegi potest; sufficit ut attendatur ad idaeam hominis quae plures et infinitos homines menti exhibet. postquam autem consuluimus idaeam hominis eam inclusam percepimus

rationem, certo affirmare possumus — omnem hominem ratione praeditum esse; ergo supervacanea est enumeratio partium ut certo constet de propositionibus generalibus.

Secundo distingo majorem. ut propositio universalis certo cognoscatur, debet fieri — enumeratio omnium singularium si — propositio versetur in materia contingenti et accidentaria qualis est ista, omnis homo est albus, concedo majorem si propositio sit in materiâ necessariâ, nego majorem; — concessa minore, distingo consequens. ergo — propositio universalis in materia contingenti certo cognosci non potest. concedo consequentiam

in materia necessaria, nego consequentiam.

Itaque propositio versari potest vel in materia necessaria, vel in materia contingenti.

Tunc propositio versatur in materia necessaria quando ejus attributum necessariam habet cum subjecto connexionem vel repugnantiam, id est includitur in idea subjecti aut abea excluditur, tales sunt ~~ipse~~ istae propositiones, circulus est rotundus, circulus non est quadratus.

Tunc vero propositio versatur in materia contingenti, quando ejus termini non habent necessariam connexionem aut repugnantiam, talis est haec propositio, omnis homo est philosophus.

Porro ut propositio in materia contingenti certa sit, debet prius fieri inductio omnium

singularium, quia cum ejus attributum ita conveniat subjecto ut possit ipsi non convenire, examinanda sunt seorsim omnia ejus subjecta ante quam attributum de omnibus merito affirmare possit aut negari: sed ut propositio universalis in materia necessaria sit certa, necesse non est ut fiat inductio omnium singularium, quam cum judicari possit ex idoea rei attributum convenire vel repugnare subjecto, tunc veritas propositionis cognosci potest absque singularium enumeratione, sufficit quippe sola inspectio et consideratio idoeae rei de qua agitur.

Instabis. personam enumerationem singularium

ignosci potest utrum propositio sit in materia necessaria aut in materia contingenti; ergo necessaria est hujus modi inductio in qualibet materia.

Nego antecedens, quippe personam idearum inspectionem istud discrimen percipitur: nempe aliqua propositio est in materia necessaria quando attributum includitur in idea subjecti: atqui id absque inductione et per solum intuitum idea subjecti potest cognosci, verbi gratia ex duabus his ce propositionibus omnis homo est rationalis, omnis homo est albus, facile novimus primam in materia necessaria, alteram vero in materia contingenti versari, siquidem inspecta hominis idea percipitur ex una parte rationis capacitatem esse attributum sine quo homo nec esse nec concipi potest, ex altera vero parte percipitur albedem esse attributum accidentale

homini sine quo homo et existere, et concipi potest.

Objicies quarto. ut existat philosophia debet existere certissima aliqua veritatis infallibiliter detegendae regula: atqui talis regula non existit; ergo nec philosophia.

Nego minorem. nam existunt aliqua judicia vera de quibus absolute nemo potest prudenter dubitare, ut constat ex judiciis in probatione laudatis: atqui non possunt dari judicia vera quin existat aliqua veritatis regula; nam judicia vera secernuntur a iis quae falsa sunt: atqui secerni nequeunt nisi per aliquam regulam sive per aliquod medium; ergo datur aliqua veritatis regula; siquidem ipsa nihil aliud est quam medium quo judicia falsa a veris secernuntur.

instabis. nulla potest assignari veritatis —
regula; ergo talis regula non existit.
Primo nego antecedens. nam assignatur
evidentia per intuitus docarum talqui
evidentia est tutissima veritatis naturalis
regula; ipsa quippe cum veritate semper
est conjuncta, nunquam vero cum falsitate
quae non nisi ex obscuritate et confusione nascitur;
ergo assignatur inconcussa veritatis regula.
Secundo transeat antecedens, et nego —
consequentiam. nam ex rebus ignotis deduci
non potest falsitas vel alicujus evidentis
et notae; cum igitur certissime nobis constet
plurimos existere judicia vera, dubitari
non potest existere notam aliquam infallibilem
veritatis, id quae tuto pronunciare possumus

licet assignare minime possemus quoenam sit ejus modi regula.

Instabis. illud non est regula, vel ut aiunt cryterium veritatis de cujus presentia certi non sumus: atqui de presentia evidentiae certi non sumus; ergo ipsa non est veritatis regula.

Nego minorem. nam certi sumus de presentia illius rei quoe nantem latere non potest cum ipsi presens est: atqui evidentia latis est; sicut enim de presentia luminis solis dubitare non possumus, quia vivide nostros afficit oculos, ita perceptio cum praesens est ita splendescit ut mentem sua luce statim perfundat et afficiat per vividum ac intimum ipsius sensum;

ergo certi sumus de presentia evidentiae
Instabis. certi esse non possumus de presentia
illius rei quae cum abest presens esse putatur
atqui evidentia cum abest putatur adesse;
ergo de presentia evidentiae certi non
sumus.

Distingo majorem: certi esse non
possumus de presentia illius rei quae
cum abest presens esse putatur bona fide,
prudenter et cum fundamento, concedo
majorem: mala fide, temere et sine
fundamento nego majorem: minore
similiter distincta nego consequentiam.
Porro si evidentia putatur aliquando
presens esse cum abest, id fit vel anticipata
opinione, vel animi pertinacia, uno

verbo quia devida est sufficiens non
affertur attentio; etenim saepe contingit
ut cum judicamus ex praejudiciis et opini-
onibus ab infantia cum lacte nutritum
haustis, non inspectis prius idaeis, nec
considerato ut parest motivo quo fulsiuntur
judicia nostra, ~~ut~~ putemus tamen
non percipere et ex perceptione judicare:
atqui id ipsum putamus absque funda-
mento; ergo si cum abest evidentia presens
tamen esse videtur, profecto non videtur
abesse prudenter.

Instabis. species ementita evidentiae,
id est larva est umbra evidentiae easdem
habet notas, eleodem modo mentem afficit
ac ipsa met evidentia; ergo evidentia

absens quandoq: putatur adesse bona fide et cum fundamento.

pego antecedens. nam duo sunt evidentiae caracteres seu effectus, illuminatio scilicet, et persuasio tam invicta ut mentem trahat ad assentiendum. atqui evidentiae species seu simulacrum et fulgor lucem menti non affert nec eam invicte rapit ad assensum; ut quisque sibi conscius est cum comparat judicia quibus ipsa praelucet evidentia cum iis quae propter evidentiae speciem lata sunt; ergo mentita evidentia species easdem non habet notas quas ipsa evidentia, alias nunquam cognosceremus nos errasse; id enim duntaxat novimus, quia eo in casu non sumus eodem luminis sensu affecti quo afficimur in iis rebus quas pro veris agnoscimus.

Instabis. plures viri ~~[illegible]~~ sincerae fidei, ~~[illegible]~~ ingenii et doctrinae laude florentes licet attentionem proviribus adhibuerint, nulloque judicio pertinaci ducerentur, testati sunt se eodem modo affectos fuisse evidentiae specie quo ipsa evidentia, ergo evidentiae species easdem habet notas quas ipsamet evidentia.

Nego antecedens. nam si res ita se haberet, unde nam scire potuissent in hac occasione adfuisse tantum evidentiae speciem seu apparentiam: atqui tamen ipsis fatentibus hoc distingui potest, ergo falsum est eos affectos fuisse evidentiae specie eodem modo quo ipsa evidentia.

Et vero quando fallimur, id non contingit eo quod ipsamet evidentiae luce fallamur, sed quia judicio plura complectimur quam intellectu percipiamus, id est quia rebus non percentis assentimur:

sic cum partem tantum aut aliquam objecti faciem videmus, inconsiderata tamen praecipitatione de toto judicamus objecto: postea autem nova affertur attentio, tumque advenit novum lumen quod eam ostendit objecti faciem quae latuerat et existimamus nos evidentia deceptos fuisse, cum tamen non ipsa evidentia culpanda sit, sed inconsideratus voluntatis ascensus, uno verbo pravus libertatis nostrae usus.

Id autem circa evidentiam sedulo notandum est. scilicet qui cumque judicat se habere evidentiam alicujus objecti, verbi gratia circuli, ille reipsa habet evidentiam illius objecti, sed non ideo habet evidentiam respectu alterius objecti quod tamen percipitur aut percipi solet ab alio homine et inde oritur altercatio inter illos duos homines, quia uterque existimat id negari ab alio quod a se percipitur,

cum tamen usus quisque percipiat diversa objecta, aut saltem diversas objecti facies, nihilq: aptius est ad componendas disputationes quam si ostendatur homini adversus quem disputamus rem aliquam ase percipi quae reipsa vera est, neque de illa moveri controversiam, sed id tantum controverti, nempe aliquid aliud esse quod ab ipso non percipitur.

Objicies denique cognitio certa non nititur principio sive motivo fallaci: atqui omnes nostrae cognitiones nituntur principio fallaci; ergo nulla ex iis certa est, proindeq: nulla datur philosophia.

Nego minorem. nam mens nostra interjudicandum aliquando nititur evidentia id est proximo idearum intuitu: atqui certe evidentia non est motivum fallax, imo est infallibilis nota veritatis, siquidem

est semper conjuncta cum veritate, nunquam vero cum falsitate judicii; ergo non omnes nostræ cognitiones nituntur motivo fallaci:

Instabis. omnes nostræ cognitiones nituntur testimonio sive relatione sensuum, juxta istud vulgare effatum, nihil est in intellectu quod prius non fuerit in sensu: atqui sensus sunt fallaces ut norunt omnes; ergo omnes nostræ cognitiones fallaci principio nituntur.

Primo nego majorem nam mens nostra suam novit cogitationem, alias que affectiones suas, verbi gratia, gaudium, tristitiam et suos omnes sensus intimos: cognoscimus pariter ens in genere, veritatem, bonitatem, justitiam, affirmationem, negationem et veritates mathematicas: atqui profecto istæ cognitiones sensuum relatione non fundantur; siquidem illarum cognitionum objecta nulla imagine corporea representari possunt

e cum nec colorata sint, odori sera, sapida, aut alia qualitate sensibili affecta; ergo non omnes nostræ cognitiones nituntur testimonio sensuum; proindeque non ita verum est vetus istud effatum, nihil est in intellectu &c.

Secundo distingo majorem omnes nostræ cognitiones nituntur testimonio sensuum tanquam occasione cognoscendi aut judicandi, transeat major. tanquam motivo cognoscendi, nego majorem.

itaque esto quod omnes nostræ cognitiones nitantur testimonio sensuum tanquam occasione, quia mens nostra corpori suo, externisque corporibus ita unita est, ne dicam mancipata, ut vix attendere possit ad immateriales rerum ideas nisi ubi earum signa aliqua sensus nostros commovent; siquidem deus hanc legem posuit conjunctionis mentis et corporis in uno

quoque homine, ut occasione quorundam corporis motuum quoedam excitentur in mente cogitationes, et vicissim occasione cogitationum fiant aliqui motus in corpore, adeoq: sit quidam veluti fluxus et refluxus cogitationum ex parte animae, et motuum est parte corporis: sed omnes nostrae cognitiones non nituntur sensibus tanquam motivo et fundamento; nam illa cognitio certe non nititur sensibus tanquam motivo quae ipsis sensibus contradicit, eorum errores detegit ac detectos emendare curat, demum quae circa res spiritales et a sensuum commercio sejunctas versatur: atqui plures cognitiones humanae ac philosophicae sunt ejus modi; sic praecipua opticae cura in corrigendis organi visus erroribus occupatur, ut in phisica ostendemus; ne thaphisica vero res pure intelligibiles et sensibus imperviae attingit; ergo non omnes nostrae cognitiones —

nituntur sensibus tanquam fundamento.
Cur dixerimus transeat ad primum distinctionis majoris membrum ratio patet ex ipsa majore primo simpliciter et absolute negata.
Ad minorem respondeo cum distinctione; atqui sensus sunt fallaces occasionaliter, et cum ipsis utimur ad judicandum de rebus sensibilibus prout sunt in se; Concedo minorem. atqui sensus sunt fallaces in se, et quando adhibentur duntaxat ad judicandum de rebus sensibilibus prout illæ se habent in ordine ad nos, nego majorem.
itaque sensibus uti possumus duobus modis, vel ad judicandum de objectis sensibilibus in ordine ad se, vel ad judicandum de objectis sensibilibus in ordine ad nos.
Tunc sensibus utimur ad judicandum de rebus sensibilibus prout sunt in ordine ad se, quando ex sensibus judicamus objecta sensibilia esse in se

ipsis illius verbi gratia magnitudinis, situs, figuræ, coloris, saporis, &c., cujus nobis videntur, ut cum judicamus solem vel lunam non esse reipsa majorem disco, vel stellas facula accensa non esse majores, quia nobis eterra spectantibus tales apparent, hic que præposterus est sensuum usus ex quo multiplex error manare consuevit quia proul sensus organum diversimode dispositum est, objectum ipsum diversis subformis apparere solet, sic quibus lingua atra bile conspersa est, his omnia videntur amara, ne excepto saccaro aut melle; quibus oculi flavo colore tincti sunt, his omnia flava conspiciuntur; vino madidis omnia virare videntur. &c.

Tunc vero sensibus utimur ad judicandum de rebus sensibilibus in ordine ad nos, cum ope sensuum judicamus de relatione objectorum externorum ad nosmet ipsos, idest ad conservationem

nostri corporis, ut cum ad praesentiam ignis judico ignem non esse quidem calidum in se, rosam non esse ordoriferam in se, sed ab igne excitari in me sensationem caloris, a rosa excitari in me sensationem odoris; hic que legitimus est sensuum usus qui nulli errori locum praebet sic nusquam errat qui febri laborans judicat omnia sibi amara videri.

Porro sensus est falsitatis incapax in se, quia res sensibiles eo modo ad mentem defert quo abiis afficitur: sed sensus est occasio errandi proxima, quia sensationes omnes nostrae conjunctae sunt cum judicio sive propensione naturali nos impellente ad judicandum res in se tales esse quales sensibus videntur.

Genuina autem hujus ce rei ratio est quia sensus non eo fine nobis fuerunt adeo

concessi ut per eos naturam ipsam et absolutas corporum proprietates cognosceretur, sed praesertim ad primario ut eorum ope conservationi corporis nostri invigilaremus noxia fugiendo et utilia prosequendo: sic cum manu propius igni admota uritur aliquis maxustionis sensatione per fugam sibi consulere admonetur.

Principium istud circa sensus et eorum usum altamente repositum manere debet; his etenim paucis rite perspectis, et in ipso philosophiae limine situ per necessariis clare intelligitur sensationum usus ac beneficium, necnon mira divinae providentiae hac in parte economimia elucet; unde si hunc fructum etiamsi unicum ex hac se questione perceperint philosophiae candidati, non erit cur temporis in ea perdiscenda impensi usuram deserderent.

Cæteras autem objectiones prolixiores aut difficiliores quæ vel circa essentias rerum, regulam veritatis, vel circa sensus in præsenti materia proponi solent commodius alibi reseremus, cum nempe animi exercitatione vegetiores facti fuerint: jam sic.

Questio tertia

Cur sit philosophia.

Sensus questionis est quæ nam sint causæ philosophiæ; tunc enim ex aristotele aliquid scire dicendi sumus, cum quis causas perspectas habemus.

Causæ autem alicujus rei quatuor vulgo recensentur, finalis nimirum, efficiens, materialis et formalis quibus addunt non nulli causam exemplarem.

De singulis philosophiae causis tribus distinctis articulis disceremus; sit itaque.

Articulus primus.

De causa finali philosophiae.

Causa finalis quae etiam vulgo finis dicitur definiri solet id propter quod aliquid fit, sic scientia est finis studii.

finis duplex distinguitur nempe finis cujus gratia: et finis cui.

finis cujus gratia est illud ad quod res per se tendit, bonum nempe quod res aliqua parit, sic commoda habitatio est finis cujus gratia aedificationis domus.

Finis cui. est persona in cujus commodum res aliqua sedit, sic homo aegrotans est finis cui ~~cautionis~~ potionis medicae quia potio medica aliquando sedit in ejus commodum: his positis sit.

Conclusio prima

Finis cui philosophiae est ipse homo.

Probatur, nam finis cui alicuius disciplinae est illa persona in cuius commodum vergit illa disciplina; atqui philosophia fertur in commodum hominis; ei enim utilissimum est ipsum auctorem suum, suaque officia nosse quae omnia philosophia docet; ergo homo est finis cui philosophiae.

Dices. philosophia superbiam parit, scientia inflat ut ait apostolus; ergo philosophia homini non est utilis.

Distinguo antecedens. philosophia superbiam parit per accidens et vitio illius unius est, nempe potius philosophi, concedo antecedens. philosophia superbiam parit per se et ex natura sua, nego antecedens et consequentiam.

itaque si quis philosophus scientia sua inflatus superbiat, id non fit ipsius philosophiae vitio; ex eo enim quod homo se ipsum essuum autorem agnoscat, inani superbia tumere non debet, imo quo quisque melius se noverit, eo certe modestior erit.

Conclusio secunda.

Finis cujus gratia philosophiae est perfectio mentis humanae.

Probatur. nam finis cujus gratia alicujus disciplinae est bonum quod illa disciplina parit: atqui perfectio mentis humanae est bonum quod philosophia parit homini cujus nempe mentem excolit et locupletat curiosis, utilibus, et non nunquam jucundis disquisitionibus; ergo finis cujus gratia philosophiae est perfectio mentis humanae.

Articulus secundus.

De causa effiente — philosophica.

Causa efficiens generatim est id a quo fit — sive producitur aliquid, si sol dicitur causa efficiens lucis.

Causa efficiens duplex distinguitur, prima et secunda.

Causa efficiens prima est ea quae a nulla pendet ut agat, et cui caetera subjiciuntur, et quae solus deus.

Causa efficiens secunda est ea quae a prima pendet ut operetur, et est quae agendo a — prima mutuatur, tales sunt omnes creaturae.

Circa primam causam efficientem philosophicae

nulla potest esse difficultas cum certissime
constet prorsum ipsius patet omnem verum
autorem esse deum optimum maximum —
omnis nempe doni optimi Captorem; nam
deus est causa efficiens mentes nostroe et omnium
illius perfectionum: atqui philosophia ipsi quis
est mentis humanoe perfectio, ut patet ex dictis;
ergo deum autorem sibi vendicat.
Hinc philosophi e schola occasionem sumpsere
quaerendi, an, qualem, et quomodo
deus primum hominem parentem adamo —
philosophiam concesserit ab cujus questionis —
intelligentiam et solutionem quaedam praenotanda
sunt.
notandum est primo hanc questionem licet
a philosophis communiter disceptari solitam
adeo tamen directe non pertinere, cum
enim adamum primum fuisse hominem

non ratione sed revelatione sola constet, sola pariter scripturae sacrae autoritate definiri potest utrum habuerit philosophiam, quod theologorum munus est non philosophorum qui catantum definire aggrediuntur quae sola ratione innotescere possunt.

Ab hac antiqua scholarum consuetudine recedere piaculum multis videretur: quapropter ad hoc temperandum consuetudini eandem questionem cum illis agitabimus, imo caeteris hac in parte liberaliores et ex abundantia juris philosophiam non solum adamo sed et ipsi Aevae primae hominum matri concessam fuisse suadere possemus.

Notandum est secundo philosophiam tribus modis haberi posse, inventione scilicet, doctrina, et infusione.

ille philosophiam inventione comparat qui propria minerva, id est nullo docente magistro eam meditando discit: sic Zeno eleates logicam, socrates moralem, aristoteles methaphisicam, Tales milesius phisicam inventione habuisse perhibentur. sic etiam nostris fere temporibus Cartesius vir supra communem hominum sortem longe positus secundum concutiendo pectus novam philosophandi viam favente benigna ingenii vena excogitavit.

Ille philosophiam doctrina acquirit qui magistro docente et montrante viam philosophiae peritus evadit, ita his in recessibus academicis hodie haberi solet.

ille philosophiam infusione accipit qui absque labore, singulari scilicet dei beneficio ipsa ornatus est.

Notandum denique philosophiam aliam esse habitualem aliam actualem aliam.
Prior est habitus sive facilitas philosophandi.
Posterior est actus philosophandi: his sic observatis tolam de adami philosophia quæstionem sequentibus conclusionibus breviter absolvemus. sit itaque.

Conclusio prima.

Adamum philosophiam habuisse non immerito conjicitur.
Probatur. nam illud habuisse videtur adamus sine quo non potuisset augustissimam generis humani capitis, doctoris ac legislatoris dignitatem et personam facile sustinere: atqui adamus talem personam sine philosophia facile sustinere non potuisset; namque generis humani caput posteros habebat regendos



ADAM fut appellé le premier homme, pere de tout le genre humain, formé quant au Corps, du limon de la terre, et quant à l'ame du Soufle de DIEV, à son image et semblance. Genese I. Fut mis au Paradis-terreste, ou Eue fut tirée de sa Coste: mais ayant mangé du fruit defendu par l'instigation de sa femme deceuë par le Serpent, il en fut Chassé. Genese, 3. ADAM est né l'an du monde I. A engendré l'an de sa Vie, 130. A uecu apres auoir engendré, 800. A uecu en tout, 930. et est mort l'an du monde, 930.

A Paris Chez Vallet Graueur du Roy rue S.t Jacques au Buste de Loüis XIIII.



ut doctor erudiendos, ad bonos mores nempe et ad cultum divinum informandos, ut legislator sapientibus frænandos legibus: atqui sine philosophiæ præsidio his numeribus obeundis imparfuisse videtur adamus; ut enim aliquis alios regere, erudire, et sapientes condere leges valeat, sciat oportet quæ docenda sunt, agenda et fugienda noverit, rationemque agendorum et fugiendorum; atqui hæc notitia vere philosophica est; proindeq: adamus philosophiam habuisse non immerito conjicitur.

Ad hanc propositionem stabiliendam non desunt etiam rationes probabiles ductæ ex bonitate et suavi dei providentia quibus omnibus convenientiæ ut aiunt rationibus istud addi potest momentum ex sacris paginis depromptum:

ille habuit philosophiam quem deus disciplina intellectus replevit, in quo deus creavit scientiam

spiritus, cuius cor sensu replevit, et cui bona et mala ostendit: atqui deus sic se gessit erga Adamum teste scriptura sacra ~~[illegible]~~ ecclesiastici cap. 17. versibus. 5. et 6; ergo adamus habuit philosophiam.

Objectiones.

Objicies. omnis peccans est ignorans, errant enim, ait scriptura, qui operantur malum: atqui adamus peccavit; ergo fuit ignarus nec proinde philosophus.

Distingo majorem omnis peccans est ignorans actu, concedo majorem. est ignorans habitu, nego majorem. concessa minore, consequens ad sensum majoris distingo. ~~itaque~~

itaque ignorantia duplex est, actualis et habitualis

ignorantia actualis est ea quae contingit ex defectu attentionis, ut cum peritus grammaticus incongruè loquitur eo quod actu non attendat ad grammaticae regulas quas novit.

ignorantia habitualis est ea quae oritur ex privatione cognitionis, talis est ignorantia matheseos in rustico.

fateor equidem omnem peccantem esse ignorantem actu, idest non advertere ad ea quae novit, et eodem modo in praxi se gerere ac si revera ignoraret quid sit agendum quid vel fugiendum: nego vero omnem peccantem esse ignorantem habitu: quotidie etenim videmus viros doctissimos peccare juxta istud poetae

video meliora proboque deteriora sequor.

Porro adamus ut fides docet peccavit defectu scilicet attentionis et nimio in uxorem obsequio

qui semper malunt, teste scriptura, uxorem non contristari quam divino parere mandato; proinde q: adamus fuit ignorans actu, sed non fuit ignorans habitu ut legue ex — probatione.

instabis. ille fuit ignorans habitu q ui non habuit scientiam boni et mali: atqui adamus talis fuit; ergo fuit ignorans habitu. Nego minorem. nam ille scientiam boni et mali prædictus fuit cui deus ostendit bonum et malum: atqui res ita est; ergo adamus habuit scientiam boni et mali.

instabis ille non habuit scientiam boni et mali qui comedit fructum vetitum ut — consequeretur scientiam boni et mali: atqui adamus fructum vetitum comedit ut — consequeretur scientiam boni et mali juxta

dolosam serpentis promissam; eritis sicut
Dii scientes bonum et malum; ergo
Adamus talem scientiam non habuit.
Distingo majorem. Adamus non habuit scientiam
boni et mali qui comedit fructum vetitum
ut consequeretur scientiam boni et mali —
naturalem et hominis accommodatam, —
concedo majorem: supernaturalem et deo
convenientem, nego majorem: distincta
parte minore nego consequentiam
Dico Adamus comedit fructum vetitum
ut consequeretur scientiam boni et mali
supernaturalem et deo convenientem; non
Adamus per esum fructus vetiti eam quae erat
scientiam quam ipse serpens promiserat: alqui
serpens promiserat Adamo scientiam boni
et mali supernaturalem ac deo convenientem,
ut patet ex his verbis, eritis sicut dii; ergo

adamus fructum vetitum comedit ut consequeretur scientiam boni et mali divinae similem; proindeq: adamus antequam peccaret pollebat scientia boni et mali naturali, et homini convenienti.

Instabis. ille ante peccatum non habebat scientiam boni et mali etiam naturalem cujus oculi aperti sunt post peccatum: atqui oculi primorum parentum post peccatum aperti sunt; ergo adamus antequam peccaret non habebat scientiam boni et mali etiam naturalem.

Distingo majorem cujus oculi post peccatum aperti sunt ut cognosceret bonum et malum cognitione speculativa. concedo majorem, cognitione experimentali, nego majorem. distincta similiter minore nego consequentiam. itaque duplex est cognitio boni et mali.

speculativa et experimentalis.
Cognitio boni et mali speculativa est ea
qua novimus simpliciter aliquid esse nobis
conveniens, aliud vero nocivum.
experimentalis est ea qua actu et de facto
experimur boni convenientiam et mali
incommodum.
Posse oculi primorum parentum post
peccatum aperti sunt ut cognoscerent bonum
et malum cognitione experimentali, quia non
nisi post peccatum experti sunt quae nam essent
mali incommoda, statim enim atque peccavit Adamus,
experta est Heva carnis ad versus spiritum rebellantis
motum, cum antea pars inferior, nempe corpus,
parti superiori scilicet animae perfecte subdita
fuerit negotium oculos Adami post peccatum
aperiri fuisse quoad cognitionem boni et mali

speculativam, qualis est verbi gratia, cognitio veneni in eo qui venenum nunquam hausit; proindeq: adamus ante peccatum potitus est cognitione boni et mali sibi convenienti.

Instabis. illius oculi apti sunt quoad cognitionem speculativam boni et mali qui ante peccatum non cognovit vel naturales: atqui adamus talis fuit; ergo illius oculi pre peccatum apti sunt quoad cognitionem speculativam boni et mali.

Nego minorem. nam ille ante peccatum cognovit vel naturales qui conditus fuit cum omnibus tum corporis tum animi dotibus naturalibus: atqui adamus sic a deo conditus fuit, tum quia nihil imperfectum a deo immediate proficiscitur, tum quia debuit

adamus filiorum esse parens simul ac
doctor; ergo adamus ante peccatum novit
res naturales.
Instabis. ille non cognovit res naturales qui
existimavit serpentem posse loqui et fructu
vetito inesse virtutem conferendae scientiae
boni et mali: atqui id existimavit adamus;
ergo non cognovit res naturales.
Distingo majorem. qui credidit serpentem
posse loqui naturaliter, et fructui vetito
inesse virtutem propriam et intrinsecam
conferendae scientiae boni et mali, concedo
majorem: qui putavit serpentem posse loqui
supernaturaliter, et fructui vetito inesse
virtutem extrinsecam conferendae
boni et mali scientiae, nego majorem:

distincta pariter minore nego consequentiam.
itaque aliquid loqui potest duplici modo, naturaliter et super naturaliter sive extraordinarie.
illud loquitur priori modo quod ex naturali sua constitutione insita habet organa vocibus efformandis idonea: talis est homo.
illud loquitur posteriori modo quod licet organis careat ad voces edendas institutis, assistente tamen externa virtute loquitur, sic credimus asinum prophetae Balaam fuisse locutum.
Porro existimaverit adamus serpentem posse loqui per accidens et ab extrinseco, at certe non putavit serpentem esse loquacem

perse et ex natura sua; nam qui propria serpenti et coeteris animantibus terrae nomina imposuit, ille profecto non putavit serpentem esse loquacem perse et ex natura sua: atqui adamus id fecit; ergo non credidit serpentem posse loqui naturaliter et virtute insita.

Conclusio secunda.

Adamus philosophiam infusione adeo accepit.

Probatur. nam vel adamus habuit ~~h~~ philosophiam infusione, vel inventione vel doctrina: atqui ipsam non habuit ~~in~~ inventione, si quidem longo temporis intervallo opus est ut aliquis proprio marte philosophiam invenire possit, adamus vero eam in sua

creatione accepit ut loquet ex laudatis —
scripturae locis; neque etiam habuit
doctrina, cum nullus esset a quo illam
edoceri posset; nec enim decebat eum
ab angelo erudiri quem deus citra angeli
operam creaverat, nevel tantum, vel
forsasse plus se debere, credidisset angelo —
qui bene esset, quam deo qui esse simpliciter
tribuisset; ergo adamus accepit philosophiam
adeo per infusionem.

Obicies. Habitus naturales infundi —
non potest. atqui philosophia est habitus —
naturalis; ergo adamo non fuit infusa.
Nego majorem. nam habitus quos proprio
labore et iteratis actibus comparamus —
sunt habitus naturales: atqui tamen habitus

illi possunt infundi adeo qui ut pote omnipotens nobis unico instanti concedere potest quod non nisi lapsu temporis comparare possumus; quid enim impediret ne deus historiae, linguarum et scientiarum omnium notitiam in mente nostra ipsam creando imprimeret; ergo habitus naturalis infundi potest.

instabis. habitus qui infunditur super naturalis est; ergo habitus naturalis non potest infundi.

Distingo antecedens. habitus qui infunditur super naturalis est ratione modi quo habetur, concedo antecedens. ratione sui, nego antecedens et consequentiam.

itaque habitus duobus modis supernaturalis esse potest, ratione sui et ratione modi

habitus supernaturalis rationem sui est ille qui solis naturae viribus comparari nequit, talis est habitus fidei spei et caritatis.

habitus vero supernaturalis rationem modi est ille qui modo insolito in nobis formatus fuit, ut si quis nasceretur cum expedita facilitate saltandi adnumerosi.

Porro philosophia adamo infusa fuit quidem supernaturalis rationem modi ut perspicatet, sed non fuit supernaturalis rationem sui, quia cum absolute naturae viribus comparare potuisset sui apostoli studendo comparare potuissent linguarum cognitionem quae eis nec studentibus nec cogitantibus data est.

Appendix.

De jactura et reparatione philosophiae.

ex dictis duplici conclusione praecedenti patet primo philosophiae originem plane celestem fuisse in primis parentibus quatenus nempe philosophiam habitualem seu sciendi facilitatem ex divino privilegio acceperunt.

Patet secundo quomodo haec apud posteros perierit, quatenus nempe primorum parentum peccati participes effecti in poenae societatem venimus; nobiscum etenim nascuntur praejudicia, praecipitatio, inordinati affectus, aliquoque mala in numera quorum exinde infelix incubuit cohors quae sciendi difficultatem peperit; hinc non multo post mundum conditum

per totum orbem terrarum omnino fere extincta fuit philosophia
et missam vitio primi parentis philosophiam nonnisi labentibus saeculis hac pertinaci labore restaurare potuerunt egregii illi viri qui vehementi veritatis assequendae studio flagrantes, nec meditationibus, nec vigiliis, nec sumptibus pepercerunt ut abstrusas effectuum quos observabant causas invenirent; hinc tot idem sunt causae secundae philosophiae qua nunc eorum beneficio fruimur: his autem gradibus in reparanda philosophia progressi fuisse videntur.
Primo stupenda naturae phenomena homines ignorantia et quasi veterno torpentes interdum in sui admirationem rapuerunt; hos effectus attentius et suspenso judicio inspexere.

secundo ex admiratione orta est cupiditas
inveniendi causas.
Tertio existit cupiditate natus est labor
improbus, vata diligens adidcas et sensum
intimum attentio, sedula praeputationem
et praejudicia fugandi cura, cuncta q: —
nature expendendi.
Quarto demum felix subsequitur est
inventio experientia, et observatione —
multiplici confirmata
Nos autem sic vulgo philosophiam —
consequimur; scilicet villam in nobis
prevideas et sensum intimum in coab —
natura alcorum exemplum et doctrina
promovent, intenta meditatio et longa —
exercitatio perficiunt, quod breviter ostendent
sequentes conclusiones: sit igitur

Conclusio prima.

Philosophia admiratione proveria et subsequente experientia reparata fuit.

Probatur. nam admiratio est effectus insoliti quam illius causae cognoscendae cupidus semper comitatur, experientia vero est multorum effectuum similium observatio aliorumqi cum aliis comparatio: atqui nihil est quod nos magis excitet ad investigandas effectuum naturalium causas quam attenta consideratio effectus qui nobis videtur mirus et insolitus, nihil quae ad inveniendam istius effectus causam magis conferat quam frequens multorum effectuum similium consideratio, aliorumque cum aliis comparatio et clare patebit experimentis in Physica tentandis; ergo

philosophia admiratione praeeunte et subsequente experientia reparata fuit.

Quamvis qui in superioribus saeculis vixerunt, ad philosophiae reparationem et perfectionem multum contulerint, rerum tamen naturalium cognitionem eis non ita debemus ut nihil ad eam conferamus, unde sit.

Conclusio secunda.

Quilibet nostrum est secunda saltem philosophiae suae causa.

Probatur ille est causa saltem secunda philosophiae suae qui meditando et attendendo ad ea quae observavit, et ad ea quae ab aliis exposita sunt effectuum naturalium causas detegit. atqui

meditando et attendendo sive ad ea quae ab aliis exposita sunt et quae ipsis observavimus effectuum naturalium causas detegimus saepeq: accidit ut eorum qui praecesserunt inventis addamus, ut superiori praesertim saeculo factum est; ergo quilibet nostrum est secunda saltem philosophiae suae causa.

Articulus tertius

De causa materiali et formali philosophiae.

Causa materialis multiplex est, scilicet causa materialis ex qua quae commune materiae nomen retinet, in qua quae subjectum appellatur et circa quam quae dicitur objectum: barbarae sunt istae voces,

fateor, sed philosophis omnino familiares ut nempe vitetur circuitio verborum et periphrasis, quam obrem eas sigillatim exponemus.

De causa materiali ex qua philosophae.

Causa materialis ex qua, sive materia duplex in scholis distinguitur, eductionis nempe et compositionis.

Materia eductionis est subjectum ex quo educitur seu potius in quo recipitur forma quaedam et modus quidam, sic cera in qua recipitur aliqua imago dicitur materia eductionis sive subjectum imaginis.

Materia compositionis sunt partes ex quibus totum coalescit, sic lapides

cementa et ligna sunt materia compositionis domus.

Materia eductionis philosophiae est mens humana quia in mente tanquam in subjecto recipitur philosophia.

Materia compositionis philosophiae stricte loquendo nulla est, cum enim philosophia sit mentis affectio omnino semplex, nullas habet partes proprie dictas, nec proinde materiam compositionis proprie dictam.

Attamen si minus accurate loquamur, et philosophia sumatur pro collectione disquisitionum philosophicarum, ejus materia compositionis haberi poterunt plures disciplinae in quas tanquam in suas partes distribuitur; nempe logica metaphisica &c.

Genus philosophiæ nempe inquisitio potest etiam dici materia ex qua improprie dicta philosophiæ; nam materia improprie dicta ex qua rei aut modi materiæ propriæ dictæ expertis est id quod rei aut modo illi cum aliis commune est; ut enim philosophi substantiam naturaliter extensam materiam vocant quia corporibus omnibus communis est ita quod rei alicui materiæ proprie dictæ expertis cum aliis est commune illius materiam vocant: atqui genus in definitione philosophiæ expressum ei cum multis aliis commune est, ut liquet ex ante dictis; ergo genus philosophiæ est ejus materia ex qua compositionis improprie dicta.

De causa materiali in qua.

Causa materialis in qua seu subjectum, est id in quo aliquid recipitur, sic intellectus est

subjectum scientiae.
subjectum autem duplex est, inhaesionis, et denominationis.
subjectum inhaesionis est id in quo recipitur forma accidentalis, ut paries respectu albedinis.
subjectum denominationis est illud quod ab aliqua forma denominatur, sic homo est subjectum denominationis justitiae a qua justus appellatur.

Tertium subjecti genus a quibusdam admittitur quod vocant informationis.
subjectum informationis est illud in quo recipitur forma substantialis, forma nempe quae est vera substantia, sic vulgo corpus humanum dicitur subjectum informationis respectu animae rationalis: his positis.
subjectum inhaesionis philosophiae est mens humana, quia in mente philosophia recipitur

ut modus accidentalis.
subjectum denominationis philosophiae est homo qui propter philosophiam inexistentem dicitur philosophus.
subjectum informationis philosophiae nullum est, quia philosophia ut per se patet non est substantia.

De causa materiali circa quam.

Causa materialis circa quam seu objectum alicujus disciplinae est illud circa quod haec disciplina primo et per se versatur, sic color est objectum visus.
Notandae sunt hae voces primo et per se quibus opponuntur istae aliae, secundario et per accidens. plerumque enim disciplina in considerando objecto suo proprio et essentiali de aliis rebus discerit in gratiam objecti sui, verbi gratia architectura quae tota occupatur in construendis

aedificiis tanquam in objecto suo proprio, tractat nihil omnino de lapidibus, lignis, et aliis hujusmodi, propterea quod haec conducant ad aedificia construenda.

illud autem non est objectum alicujus disciplinae quod secundario aut per accidens ab ea consideratur, sic venenum non est objectum artis medicae, quia ars medica secundario et per accidens de eo agit.

Objectum duplex distinguitur, materiale et formale.

Objectum materiale est illud circa quod aliqua disciplina primo et per se versatur, ita ut circa illud ipsum alia quoque disciplina versari queat, verbi gratia corpus humanum est objectum materiale phisicae, quia phisica ita versatur circa corpus humanum, ut circa illud idem versetur ars medica.

Objectum materiale sic appellatur propter analogiam sive similitudinem quam habet cum materia physica, ut enim materia communis est et similis in omnibus corporibus naturalibus, verbi gratia in plantis, metallis, elementis &c. ita pariter objectum materiale pluribus disciplinis est commune.

Objectum formale est ratio vel modus specialis quo aliqua disciplina objectum suum materiale attingit, et exprimitur his aut similibus particulis, prout quatenus, sic sanabilitas est objectum formale medicinae, siquidem medicina considerat corpus humanum quatenus sanabile.

Objectum formale sic appellatur propter affinitatem quam habet cum forma physica, ut enim forma unaquaeque corpori naturali peculiaris est, unum corpus ab alio distinguit, ita et objectum formale unam disciplinam

ab alia distinguit.

Objectum materiale rursus duplex est, totale et partiale.

Totale est collectio eorum omnium circa quae disciplina versatur, verbi gratia orbis universus et cælo et terra constans est objectum totale physicae.

Partiale est pars aliqua eorum circa quae disciplina considerantur, verbi gratia corpora cœlestia sunt objectum partiale physicae.

Objectum partiale iterum duplex est, primarium et secundarium, primarium est illud quod aliquando habet pro ceteris aliunde objectis partibus excellentiam et dignitatem, talis est Deus in metaphysica et corpus humanum in physica.

secundarium est illud quod hanc prae caeteris dignitatem sibi non vendicat, ut mens humana in metaphisica, et metalla in phisica.

Ex objecto materiali et formali simul sumptis exurgit objectum totale ut vocant, vel adaequatum et attributionis, sic corpus proussanabile est objectum totale medicinae.

Postremum hoc objectum dicitur totum vel totale, quia ex objecto materiali et formali simul sumptis velut ex duabus partibus coalescit.

Dicitur adaequatum quia adaequatur et veluti commensuratur disciplinae, id est ea nec latius nec strictius patet.

Dicitur denique objectum attributionis quia ipsi attribuuntur seu ad illud referuntur omnia quae pertractantur in aliqua disciplina his positis sit.

Conclusio prima.

Objectum materiale philosophiae sunt res omnes quarum veritas solo rationis lumine inquiri potest.

Probatur. nam objectum materiale alicujus disciplinae est illud circa quod illa disciplina ita versatur, ut aliae quoque disciplinae circa illud occupari possint: atqui philosophia occupatur circa res omnes quarum veritas solo rationis lumine inquiri potest, ita ut aliae quoque disciplinae circa eas versari possint, verbi gratia metaphysica quae est pars philosophiae considerabilem et mentem humanam quae partim a theologia supernaturali considerantur; ergo objectum materiale philosophiae sunt res omnes quarum veritas &c.

Cum vero plures disciplinae circa eandem

materiam versari possent, ut clara et distincta alicujus scientiae notio habeatur assignandum est illius objectum formale; unde sit

Conclusio secunda.

Objectum formale philosophiae est rerum investigabilitas solo rectae rationis lumine.

Probatur. nam objectum formale alicujus scientiae est ratio specialis sub qua scientia considerat objectum suum materiale: atqui philosophia versatur circa veritatem rerum quatenus praecise sola recta ratione inquiri ac detegi potest, ~~et~~ teologia vero circa veritatem rerum praesidio revelationis divinae versatur; ergo objectum formale philosophiae est rerum investigabilitas solo rectae rationis lumine.

Conclusio tertia

Objectum totale philosophiae sunt res omnes quatenus earum veritas solo rectae rationis lumine inquiri po~~ssunt~~test.

Probatur. nam objectum totale alicujus scientiae est illud quod coalescit ex objecto materiali et formali simul sumptis: atqui res omnes — prout earum veritas solo rectae rationis lumine — investigari potest continent objectum materiale et formale philosophiae; ergo sunt illius objectum totale.

De causis formali et exemplari philosophiae.

Causa formalis philosophiae propriè loquendo nulla est, quia philosophia est affectio mentis — simplex; et proinde passium expers nullam habet formam sensibilem quae fit dispositio passium. ~~etc~~

Causa autem formalis generatim est id per quod res aliqua in hoc esse sive naturae constituitur et a quovis alio distinguitur, ut sic gratia lapidum, lignorum et aliorum hujus modi dispositio est

Causa formalis seu forma domus.
si tamen minus proprie loquamur, et
philosophiam spectemus secundum collectionem
omnium disquisitionum circa res naturales,
ejus in plures disciplinas distributio haberi poterit
veluti causa formalis philosophiae.

Differentia in ejus definitione expressa
dici etiam potest forma improprie dicta philosophiae.
nam forma alicujus modi est id quo differt
ab omni alio, sic forma rotunditatis est id quo
differt a quadratura: atqui philosophia differt
ab aliis modis per suam differentiam ergo
differentia philosophiae ab aliis rebus dici potest.
forma ipsius improprie dicta.

Causa exemplaris est id ad cujus similitudinem
fit aliquid sic vultus ludovici decimi quinti
est causa exemplaris ipsius tabellae
haec causa proprie loquendo locum non habet
respectu philosophiae quae cum sit spiritalis —

affectio juxta propositum exemplari imagine aliqua adumbrari nequit, nisi forte exemplar istud in mente divina reponatur.

Questio quarta.

Qualis sit philosophia.

Sensus quaestionis est quaenam sint philosophiae dotes et proprietates.

Proprietates autem philosophiae sunt perfectiones quaedam ex illius essentia fluentes.

Amplissimum profecto laudis argumentum hic suppeditaret in exhausta philosophiae excellentia, nisi dicendorum ubertas et copia nos alio vocarent: quapropter quae ex philosophiae bene culta studio percipi possent eo quomodo sine fuco et ostentatione ut philosophum decet potioribus exponemus, ea vero fusius adornata videri poterunt veteres apud philosophos et

oratores, praecipue vero Ciceronem.
solent scholastici praecaeteris philosophiae proprietatibus attendere ad ejus necessitatem aut utilitatem. alii enim philosophiam hominibus necessariam alii vero utilissimam dumlaxat praedicant, quod ut intelligatur.
Observandum est necessarium dupliciter accipi posse nempe prout opponitur contingenti, et prout opponitur inutili.
Necessarium primo modo sumptum, illud dicitur quod mutari non potest, sic circulus est necessario et immutabiliter rotundus.
Necessarium posteriori modo spectatum, illud est quod inservit ad aliquem finem consequendum, sic cibus necessarius est ad vitam servendam.
Necessarium sic acceptum duplex est, nempe necessarium simpliciter, et necessarium secundum quid.

Necessarium simpliciter est id sine quo finis nullatenus obtineri potest, hoc modo respiratio est hominis advivendum necessaria.

Necessarium simpliciter dicitur aliter necessarium uni converso et sine addito utuntur.

Necessarium secundum quid est illud sine quo finis aliquis absolute consequi potest, sed quo cum facilius et commodius obtinetur, sic equus homini sano necessarius est secundum quid ad telas aliquot conficiendas, quas pedibus conficere quidem potest, sed non ita facile.

Necessarium secundum quid aliter dicitur — ad melius et est quid idem ac utile.

Rursus aliquid dici potest necessarium hominibus duplici modo, vel hominibus distributive vel iis collective sumptis.

Illud est necessarium hominibus distributive sumptis quod uni quique seorsim et unoquoque particulari,

huic nempe et isti ac alteri pariter necessarium est) hoc modo aer necessarius est ad vitam per aliquot horas conservandam

illud vero necessarium est hominibus collective sumptis quod universae hominum societati, non singulis ejus membris necessarium est, quod videlicet in alicuibus de tota hominum collectione inveniri fatis est ad totius societatis commodum et utilitatem, verbi gratia ars medica et militaris vel matrimonium sunt necessaria toti hominum societati duntaxat, nec enim necesse est singulos homines esse vel medicos ad sanitatis reparationem, aut milites ad reipublicae defensionem, vel matrimonio conjunctos ad humanae speciei propagationem.

Observandum deinde duplicem distingui solere philosophiam, naturalem et acquisitam

Philosophia naturalis est ipsa mens in quantum generalioribus quibusdam nationibus a natura informata est, capax que judicandi et ratiocinandi

circa res naturales independenter ab arte et disciplina, uno verbo est ipsum naturale lumen.

Philosophia acquisita est habitus et facilitas veritatis inquirendae repetitis actibus comparata: his praenotatis.

Certum est philosophiam naturalem esse simpliciter necessariam et hominum societati et singulis seorsim hominibus, quia sine ea beata vita in ordine naturali nulla tenus obtineri potest, id est nec virtus amari aut exerceri nec veritas metodice inquiri ac detegi valet.

Itaque Quaestionis status est, utrum philosophia acquisita sit simpliciter aut secundum quid hominum societati vel singulis hominibus necessaria quadere sic statuimus.

Conclusio prima.

Philosophia acquisita est necessaria secundum quid id est utilis toti hominum societati et singulis

hominibus ad bene beateque vivendum.
Probatur. nam illud est utile ad bene
beateq: vivendum cujusope facilius bene
beateq: vivimus: atqui ope philosophiae facilius
bene beateq: vivimus; duo enim ad bene
beateq: vivendum requiruntur, scilicet ut
actiones nostrae sint honestati conformes et
ut bona fruamur valetudine: atqui philosophia
ad utrumque confert; per moralem enim
actiones nostrae ad honestatem diriguntur,
per phisicam vero cognitiones sanitati
servandae utiles adipiscimur, uno verbo
universa philosophia pervaria quae tradit
praecepta planiorem breviorem q: tum ad
veritatem feliciter assequendam, tum ad
~~for~~ colendam virtutem viam sperniit; ergo
philosophia hominum universitati et singulis
ejus membris perutilis est.

Conclusio secunda.

Philosophia qualis traditur in scholis non est simpliciter et absolute necessaria singulis hominibus nec etiam societati hominum ad bene beateq: vivendum.

Probatur. nam illud non est simpliciter et absolute necessarium ad bene beateq: vivendum sine quo beata vita potest absolute obtineri: atqui sine philosophia acquisita qualis traditur in scholis beata vita potest absolute obtineri; nam beata vita duobus potissimum continetur ut mox dictum est, nempe veri assecutione ac honesti prosecutione et insuper firma valetudine. atqui ad hoc utrumque absolute sufficit mens sola philosophia naturali instructa; multi enim sunt qui sine philosophia qualem in scholis tradimus prospera fruuntur valetudine et mores suos per sola praecepta adeo tradita ad honestatem componunt,

non secus ac per philosophiae praecepta; ergo philosophia qualis traditur in scholis non est ad bene beate q: vivendum simpliciter necessaria.

Objicies. medium est absolute necessarium ad finem obtinendum: atqui philosophia acquisita est medium ad beatam vitam, siquidem beatitudo naturalis est finis philosophiae saltem remotus; ergo philosophia acquisita est absolute necessaria ad bene beate q: vivendum.

Distingo majorem. medium quando unicum est absolute necessarium est ad finem obtinendum concedo majorem. quando plura suppetunt media ad eundem finem obtinendum, nego majorem: sic quamvis currus sit medium ad faciendum iter, non est tamen absolute necessarius eo quod alia suppetant media praeter currum aditer faciendum.

Porro philosophia acquisita non est medium unicum ad obtinendam beatam vitam, quia ad hanc consequendam sufficit philosophia naturalis.

Plures tamen iiq: maximi momenti fructus ex philosophiae studio colligi possunt. Primo enim illius ope propositam quamlibet quaestionem facilius meliusq: intelligimus — definiendo explicamus, judicando vera a falsis secernimus, repugnantia perspicimus et ambigua distinguimus.

Secundo philosophia dum studio veritatis — animum tenet intentum hunc a pravis — cupiditatibus avocat, maximaq: et in nocua voluptate perfundit.

Tertio philosophiae studio vetus illud eximiumq: praeceptum implemus, Nosce te ipsum; quid enim, inquit seneca, juvat homini omnibus notum esse si vivat et moriatur ignotus sibi.

Quarto in variis philosophiae partibus — generalia disciplinarum fere omnium —

principia traduntur quibus facilis ad scientias etiam sublimiores aditus patet, verbi gratia, Theologia et juris prudentia, qui nec artes plurimae quae vitae civili ornamento simul et maximo adjumento sunt, originem vel certe incrementum et perfectionem suam philosophiae inprimis acceptam referunt.

His philosophiae commodis jucunde potitur qui inani verborum insolitorum copia non delectatur, sed seria attentione omnia acta perpendit ut propera mentis festinatione non abripiatur nec incognita pro cognitis habeat; omnis enim error a praecipitatione fluit: atqui malum omne ipsumq: peccatum ab errore proficiscitur; de nulla igitur re judicet philosophus nisi accurate perspecta, quae vera tenet, pro certis et indubitatis habeat, iisque firmiter adhaereat: in dubiis vero et incertis assensum cohibeat, atque in pluribus ignorantiam suam candide fateri non erubescat.

Quod spectat caeleva alia philosophiae commoda, ea melius ex assiduo vestro in eam studio quam ex sermone nostro innotescent. nunc sit

Quaestio quinta.

Quotuplex sit philosophia.

Sensus quaestionis est quaenam sint philosophiae species aut partes, quam quaestionem expediet philosophiae divisio.

Ut autem suae sunt definitioni, si et suae sunt leges divisioni ut sit accurata.

Prima lex est ut divisio sit integra sive adaequata, id est membra dividentia simul sumpta debent adaequare totum divisum sic divisio entis in creatum et increatum est integra.

Secunda lex est ut divisio fiat in membra opposita, id est totum inter et ejus membra

divisa non debet esse aliud membrum interjectum, hujus conditionis defectu vitiosa est animalis in volatile et aquatile divisio, quia animal prius dividi debet in rationis particeps, et rationis expers.

Tertia demum lex est ut membra divisionis nec nimis multa sint, quia confusionem parerent, nec unum contineri debet in altero. His regulis sic expositis ~~tunc~~ nunc afferenda est philosophiae divisio quae multiplici capite repetitur; pro variis enim modis quibus philosophia considerari potest, varia ejus instituitur divisio.

Philosophia autem ~~peccari~~ spectari potest vel ratione modi quo habetur, vel ratione subjecti in quo recipitur, vel ratione objecti circa quod versatur.

Philosophia spectata ratione modi quo habetur, naturalis est vel acquisita utraque in questione praecedenti definita fuit.

Philosophia spectata ratione subjecti — actualis et habitualis usurpant, utroque definitio eodem habetur.

Philosophia ratione objecti considerata speculativa est vel practica.

Philosophia speculativa dicitur ea quae conquiescit in objecti sui contemplatione, nec transit ad opus, id est nullas de objecto — suo dirigendo tradit regulas qualis est physica quae corpora sic cognoscit ut faciendo nullatenus uret.

Practica dicitur ea quae non conquiescit in objecti sui contemplatione, sed transit ad opus id est tradit regulas de objecto suo — dirigendo, qualis est logica quae cogitationes mentis sic considerat ut eius ad veritatem dirigendis praecepta tradat.

Philosophiae speculativae duae vulgo — a non nullis recentioribus recensentur — partes, metaphisica nimirum et phisica, non nulli mercto his addunt mathesim.

Metaphisica est scientia speculativa quae versatur circa ens a omni materiae commercio abstractum quale est ens generatum, deus et mens humana.

Matesis est scientia quae versatur circa quantitatem sive magnitudinem.

Phisica definitur scientia speculativa corporis naturalis ut naturale est,

Philosophiae speculativae duae recensentur partes logica et moralis

Logica est ars cogitandi unde definiri solet ars et scientia practica directrix cogitationum mentis ad veritatem.

Moralis seu ethica est ars honeste vivendi unde vulgo definitur prudentia et scientia practica directrix actuum humanorum

ad honestatem moralem et naturalem.

Circa philosophiæ divisionem varias scholasticis moventur quæstiones.

Quærunt primo utrum legitima sit divisio philosophiæ in speculativam et practicam. deinde utrum quæ in quinque species: tertio quænam sit philosophiæ partium inter se dignitas, seu utrum scientiæ speculativæ practicis nobiliores sint, aut vice versa: quarto denique quis ordo in tractandis philosophiæ partibus sit potissimum tenendus.

Mentem nostram aperient sequentes conclusiones.

Conclusio prima.

Philosophia omnis juxta primam et immediatam divisionem speculativa est aut practica

Probatur. nam divisio philosophiae generica et immediata ab eius fine deducenda est: atqui duplex est praecipue philosophiae finis speculatio nempe et praxis. nam philosophia omnis vel objecti sui investigatione contenta est, nihil que in eo producendum intendit, vel aliquam formam in illud introducendam suscipit. ergo philosophia immediate dividitur in speculativam et practicam tanquam in sua genera.

Conclusio secunda.

Philosophia practica in logicam et moralem; speculativa vero in methaphisicam mathesim et phisicam tanquam in suas species juxta secundam et mediatam divisionem recte distribuitur

Probatur. nam divisio specifica philosophiae deducenda est ab ejus objecto formali siquidem objectum formale cujuslibet scientiae eam ab omni alia specifice distinguit. atqui triplex est diversum philosophiae speculativae objectum formale, duplex vero philosophiae practicae; etenim philosophia vel considerat res quae sunt in anima nostra, vel quae sunt extra nos: si primum vel spectat cogitationes mentis prout ad verum dirigendas et est logica; vel spectat actiones voluntatis prout ad honestatem componendas, et est ethica: si secundum, vel versatur circa res ab omni materia abstractas et est metaphisica, vel contemplatur materiam qualitatibus sensibilibus donatam seu corpus naturale, et est phisica,

vel demum speculatur quantitatem sive magnitudinem materiae est mathesis; ergo Philosophia recte dividitur in quinque species Logicam &c.

Objicies. mathesis est practica, siquidem conficit lineas, triangulos, circulos &c; ergo mathesis non est species philosophiae speculativae.

Distingo antecedens. mathesis conficit lineas secundario et in gratiam alterius, — concedo antecedens. primario et per se nego antecedens. nam mathesis primario et per se speculatur lineas, triangulos &c, ut autem ea omnia facilius agnoscantur et quasi subjectum cadant secundario ea conficit, quae circa non conficeret, non desineret tamen esse mathesis ergo mathesis est scientia speculativa; aliunde recte distingui potest mathesis in —

speculativam quæ major est ac præcipua
matheseos pars, et in practicam.

Conclusio tertia.

Disciplinæ speculativæ et practicæ variis
dotibus sese mutuo superant.

Probatur. nam illæ disciplinæ sese
mutuo variis dotibus superant quæ dispares
habent dignitatis et excellentiæ gradus: atqui
disciplinæ speculativæ et practicæ dispares
habent dignitatis et excellentiæ gradus: —
metaphisica verbi gratia quæ speculativa est
circa Deum versatur objecti dignitate vincit
moralem quæ est practica: logica quæ practica
est physicam certitudine superat, physica vero
quæ speculativa est cæteras alias philosophiæ
partes jucunditate superat, moralis alias fere

omnibus philosophiae partibus utilitate praestat: exathesis denique iis omnibus certitudine imo et evidentia longe superior est; ergo scientiae speculativae et practicae sese mutuo variis nominibus antecedunt.

Quod spectat ordinem a nobis in tradenda philosophia servandum, juvat ipsum eo loci oboculos ponere unde sit.

De ratione tractandae philosophiae.

Philosophiam nostram quinque partibus hoc ordine deo dante absolvemus: ~~agmen~~ Agmen philosophiae partium ducet logica quae est recta ratio cogitandi ad veritatem methodice inveniendam, unde tradit regulas quibus mens dirigitur in judicando ut verum a falso secernat.

Loguae succedet methaphisica sive scientia generalis quae contemplatur prima rerum principia sine quibus nihil demonstrari potest praesertim vero naturam dei et mentis humanae seduco rimatur.

Methaphisicam excipiet ethica seu moralis quae morum institutionem spectat, traditque constantes regulas quibus actiones nostrae ad honestatem intuitu dei tanquam finis ultimi dirigi debent.

Ethicam sequentur facillima quaedam mathematum, arithmeticae scilicet, algebrae, et geometriae speculativae ac practicae elementa ad planiorem physicae viam pate faciendam.

Denique agmen philosophiae partium

claudet phisica quae hujus universi corporum naturam, species, differentias ac rerum ordinem explicare suscipit.

Ratio hujus ordinis est quod primum certis adrecte cogitandum praeceptis erudiamur per logicam: Deinde generalibus rerum principiis induamur per metaphisicam, et praecipue dei mentisq: nostrae naturam edoceamur, sicq: deum unicum aeternae felicitatis nostrae auctorem, ac proinde unice a nobis colendum et diligendum agnoscemus in ethica, qui quidem praecipuus est philosophiae christianae scopus, demum omni potentiam ac sapientiam dei in stupenda hujus universi machina et amoenissima totius naturae ~~[illegible]~~ sensibilis pictura mirabimur in toto phisicae decursu.

Revera si ordo demonstrationis stricte servaretur, ultimo loco tradenda esset moralis eo quod per phisicam rerum creatarum vanitatem perspicue edoceamur, unde facilius supremi entis excellentiam animadvertimus sed praeter quam quod in fine stadii philophici auditores quasi longissimo itinere defatigati vix attendunt vel etiam plerique recedunt sic q: praestantiorem philosophiae fructum amitterent naturalem quoq: cum metaphisica cognationem habet ethica ut patebit infra.

initam autem cursus nostri viam ita insistemus, ut nullas sive veteris, sive recentioris philosophandi methodi amoenitates praeter mittere sit animus. Verum cum recentiores non secus ac veteres philosophi falsa plurima veris quibusdam

intermiscuerint, dubiaq: et incerta pro certis non nunquam habuerint: ideo in omnibus judicio utendum putamus, summamq: animi attentionem ~~fa~~ afferendam, ut citra ullum veritatis dispendium ex antiquis simul ac recentioribus philosophis quod in rem nostram conferre poterit excerpamus, et libertate vere philosophica utentes veterum et recentiorum opiniones ad rationis tribunal adducemus, easq: in aequitatis et judicii trutina accurate libratas propugnabimus vel impugnabimus prout veritati consonae aut dissonae videbuntur, in nullius magistri, sed in unius cum affulgebit veritatis verba jurare parati.

Veteribus quidem, non diffiteor, primae partes concedendae sunt; hoc enim veneranda antiquitas a nobis exposcit: sed in eorum libris

non ita haerendum, quin si a recentioribus quid piam inventum fuerit quod majorem praeseferat verisimilitudinem id libere amplecti liceat; veritas quippe nulli tempori, aut loco, vel personae est alligata; nec minori honore in nostrae aetatis hominibus quam in priscis illis sive graecis sive latinis excipienda videtur.

Neque etiam vanae sophistarum garrulitatis spinas ac tribulos inspicere obiter dedignabimur, monendo tamen pessimum hoc philosophandi genus immerito a plerisq: cum sana dialectica quae scholastica methodus est; etenim sana alia est philosophia scholastica eaq: utilissima quae rectas ex principiis certis aut maxime probabilibus conclusiones deducit, nec in futiles sophistarum altercationes evagatur: hanc

nemo aequitatis amans vituperaverit; nihil enim differt ab innata ratiocinandi ratione, nisi quod stilum pressiorem et certam methodum addat quae duo non modo nihil vitii habent, sed plurimum ~~[illegible]~~ utilitatis.

Primo quidem simplici aperto et presso stilo dilucilius assignatur et melius cognoscitur quaestionis propositae status; ambiguitates si quae sint accuratius effugia distinctius notantur, hereticorum cavillationes et fraudes clarius deteguntur, et certius profligantur.

Deinde certa methodus maximam haud dubie disputationibus lucem affert, dum res singulas suo loco expendit, easq: ad propria capita revocat; quae connexa sunt simul conjungens, quae a se invicem discreta sejungens, principiis subdens nativa consectaria; deniq: dum cuncta ordine legitimo quo nihil utilius est disponit

si q: ergo in philosophiae studio occurrunt vitia; ea non doctrinae sed docentium vel discentium, qui plerumq: vanas quaestiones et difficultates movent rebusque difficillimis et obscuris diutius immorantur, vel quod longe pejus est et periculosum magis, omnia, etiam res altissimas, ipsa q: religionis nostrae misteria infimae rationis trutina ponderare non dubitant, quod tamen ipsi met rationi in multis naturae arcanis secutiendi plane adversatur; hinc sapiens Capite 9. versu 17, difficile aestimamus, inquit, quae in terra sunt et quae in praespectu sunt invenimus cum labore, quae autem in caelis sunt quis investigabit.

Sedulo igitur observandum, et pro certo habendum plurima vera esse quae humanum longe superant captum, et nihil esse quod clarius doceat ratio.

quam deo revelanti, qui ut fallere ita et falli nescius est credendum esse.

Hinc quae supra nos sunt fide venerari oportet, non ratione inquirere; imbecillior quippe est mens hominis quam ut intelligentia capere ista valeat

Philosophia ita in religionis nostrae misteriis adhibenda est ut fidei non praeeat sed eam sequatur; ut non dominetur tanquam magistra sed inserviat ut famula.

Agitatis hactenus et solutis quaestionibus circa philosophiam in universum, majora nunc canere et aequor logicum arare, operi pretium foret, verum antequam logicae penetralia subeamus juvat brevem praecipuarum philosopharum sectarum historiam adornare juxta solemnem philosophiae professorum

consuetudinem; puderet enim eximiae alicui disciplinae operam dare et eos ignorare qui eam felicius excoluerunt, imo et restaurarunt; ut enim qui militiae nomen dare meditantur duces suos agnoscere imprimis student, ita etiam qui chartis philosophicis impallescere incipiunt, eorum saltem nomina philosophorum teneant oportet quorum sub vexillis militare debent: singulorum sistemata in hac contracta analisi non exponemus, quippe ad id exequendum ut par est multis opus foret voluminibus: at in variis philosophiae partibus et praecipue in phisica exponemus data occasione praecipua et situ digniora sistemata: in praesentiarum non nihil duntaxat delibabimus de nominibus, patria et aliis id genus illustriorum philosophorum

cum veterum, tum recentiorum, sit itaque.

Appendix de illustrioribus Philosophorum sectis.

Secta est quaedam hominum multitudo quae ab aliis quodam modo secta et divisa certam doctrinae genus sub aliquo duce sectatur; hinc vel a secando vel a sectando nominata est secta.

Proeunia autem philosophiae gloria — graecis tribuitur quia ii diligentius in singulas illius partes inquisierunt, eamq: in quosdam velut corpus digestam scriptis suis ad posteros transmiserunt: quam ob rem nobiliores sectae philosophorum de quibus mentio fit in scholis a graecis sunt repetendae.

Porro primi graecorum philosophorum duae sectae dividuntur dogmaticam et academicam

secta dogmatica eos comprehendit philosophos qui veritatem assecutos esse saltem in pluribus contendunt: hoec secta iterum duplex est iolica et italica

Iolicae sectae dux fuit Thales Milesius — primus e septem graeciae sapientibus: hic credidit in phisicis omnia per aquam explicari posse: — patriam habuit Miletum quae urbs est iolia, unde Thales Milesius appellatus est, et hoec ~~secta~~ secta iolica dicta.

Thaletem sectati sunt Anaximander, Anaximenes, Anaxagoras qui admisit pans — permiam, id est docuit omnia esse in omnibus, verbi gratia in frusto panis esse venas, arterias, nervos, musculos, et alias id genus partes organicas: hunc pariter secuti sunt Heraclitus, Democritus et alii qui omnes praeceptoris sui philosophiam

illustrarunt et ad socratem usque ac Platonem perduxerunt

Italicae sectae fundamenta jecit Pytagoras ex insula samo oriundus. hic Egypto et Babylonia doctrinae comparandae studio peragratis tandem se recepit in italiam tempore servii Tullii Romanorum regis, ibi que per annos circiter vigenti philosophiae dedit operam: his in mathematicis multum versatus existimavit omnia fieri ex numerorum concursu et figurarum dispositione docuisse fertur metempsicosin id est transmigrationem animarum in varia corpora verbi gratia ab humano corpore petri nimirum ad corpus alterius individui deinde in corpus equinum et sic deinceps quasi per circuitum: ab eo philosophiae nomen primo usurpatum: modestiore apellatione usus inquit Diogenes Laertius in proemio ad vitas philosophorum, ut retunderet supercilium graecorum qui se sapientes

proeduare non dubitabant, quia nempe Pytagora teste solus deus sapiens dici potest, homines vero sapientiae amatores potius nominandi sunt quam sapientes: delectabatur etiam magnopere favis comedendis juxta istud plaxi, fava Pytagorae dilecta epulae certae non admodum lautae ac splendidae sunt sed ut forte suo periculo delicatius Philosophorum suae aetatis paratum emendaret, at frustra, potiores in ea discipulos habuit et gratis se maceravit, imo Pytagoras philosophorum fastum fastu majori calcasse non nullis videtur.

illustriores ~~phi~~ Pytagorae discipuli fuerunt Parmenides et Zeno qui a Diogene ~~laert~~ laertio dialecticae autor dicitur: habuit et Melissum samium qui omnes phisicae praecipue incubuerunt.

ad ~~ab~~ institutionem usque veteris academiae.
Secta academica sunm traxit nomen ab
academia, hoc est a loco nemoroso eoq: amoenissimo
in suburbio athenarum sito quem vir quidam
nobilis Academus nomine philosophorum
exercitationibus consecraverat: hujus sectae
philosophi ascensum omnem cohibebant,
nihil omnino affirmabant, ipsaq: rursus in veterem,
mediam et novam academiam fuit divisa.
Veteris academiae principes fuere Socrates
et ejus discipulus Plato, unde veteres academici
idem platonici dicti sunt ut et septici vel
inquisitores: Pyrronici quoque vocati sunt a
Pyrrone academico.
Socrates autem hujus sectae conditor in attica
natus est: primus teste Cicerone libro 1° quaestionum
academicarum a rerum Phisicarum contemplatione
philosophos avocavit et ad moralem seu vitam communem

cujus parens vulgo fertur eos adduxit: socrates animae immortalitatem deique unitatem ita strenue docuit ut ob id impietatis insimulatus — Tyrranorum qui tunc athenis regnabant judicio capite damnatus hausto cicute poculo fortiter interierit aetatis anno septuagesimo sexto: ita disputare solebat eodem Tullio referente ut nihil affirmaret ipse, alios vero refelleret, nihil se scire professus: nisi id ipsum, nempe quod nihil sciret.

ejus castra secuti sunt Aristyppus, Xenophon &c., sed inter eos omnes eminebat Plato atheniensis cognomento divinus: prius illi nomen fuit Aristocles, Deinde dictus est Plato sive ob frontis vel humerorum latitudinem, sive propter amplum dicendi genus: socratem athenis pervigenti annos audivit eumq. in carcere detentum eleganti et publica oratione deffendit: mortuo socrate varios audivit

praeceptores, deinde in italiam profectus — studuit doctrinae Pytagoreorum: exinde in — Egyptum abiit ubi diu cum sacerdotibus collocutus est, ibi q: ut subodoranter multi judaicae religionis — notitiam consecutus est tandem athenas reversus socrati in academia successit, ibi q: philosophiam docuit plausu maximo: lautum victum colebat Plato, ejusq: domus splendida supellectile instructa erat, qua quidem ~~...~~ in re valde discrepabat a Pytagora et Pytagoricis qui juxta suum dogma de metempsicalisi carnibus abstinebant, nempe ne ignari forte comederent consanguineos aut — amicos. Plato fertur admisisse idocas proprimo rerum omnium principio et existentiae et cognitionis: divinus cognominari solet quia accuratius — sublimiusq: quam caeteri philosophi de deo ejusq: natura et mente humana disseruit: caeteros inter

discipulos habuit Aristotelem peripateticæ sectæ
postea principem et sibi adversarium? obiit
Plato ætatis suæ anno circiter octogesimo dum
splendidum cum amicis celebraret convivium
Post mortem Platonis Xocter Xocratis successores
in academia meticulosam illam et fluctuantem
philosophandi methodum abjecere ac in dogma-
ticorum partes translati Eclecticam celeberrimam
effecere sectam, Peripateticorum videlicet,
Stoicorum et Epicureorum.

Peripatetici præceptore gloriantur Aristotele
qui natus est Stagyræ oppido macedoniæ, ~~patre~~
patre Nicomaco medico: primis annis liceniosam
vitam ingressus brevi patrimonium dissipavit
circa annum ætatis decimum octavum ad
meliorem frugem receptus philosophiæ se dedit
et per viginti fere annos Platonem audivit: —

pauperem vitam agens pulvere odorato et quibusdam medicamentis victum quaerens unde fluxit istud lepidum

Pauper Aristoteles cogitur irepedes.

post mortem Platonis secessit in urbem Atisiae in qua regnabat ejus amicus Hermias cujus sororem Pytiam uxorem duxit deinde alexandri magni praeceptor per octos annos fuit: donec conjurationis cujusdam in Alexandrum magnum inique suspectus Athenas se recipere coactus est ibi q: scholam in Liceo constituit: post mortem Alexandri sacerdos quidem Cereris nomine Eurimedo Aristotelem accusavit impietatis, eo quod scilicet Socratis et Platonis exemplo deorum pluralitatem tanquam vulgi commentum videret, quare secessit in insulam maris aegei ubi post duos annos tadio confectus occubuisse vulgo creditur

stoicorum princeps est Zeno ex insula Cypro oriundus: ejus secta stoica fuit apellata quia athenis docebat in porticu stoa graece vocata: Zeno fertur negasse motum et voluisse sapientem esse sine passionibus

Epicurei ita vocati sunt ab Epicuro atheniensi hujus sectae antesignano: hic in hortis ubi discipulorum suorum conventus agebat Democriti placita quae propria fecerat explicabat: ejus philosophiam latinis carminibus in sex libros distributis reddidit Lucretius: eamq: nostris temporibus illustravit ac multis in locis uti par erat emendavit Gassendus, quanquam tamen illius sectae primus parens fuisse videtur Democritus: omnia per atomorum concursum exponebat

Epicurus

interea vero socratis methodus ab Arcesila



EPICVRE Philosophe Athenien tres renomme' Contemporain de Xenocrate et d'Aristote, autheur de la Secte Epicurienne qui étoit contre l'opinion du Vulgaire. il mettoit le souuerain bien en la volupté la quelle il disoit être le principe et la fin d'une Vie bien heureuse, il rejettoit encor la prudence diuine, et nioit limmortalité de l'ame quil croioit etre mortelle. il mourut a Atheues agé de 92 ans. on dit quil fut fort sobre et abstinant. par ce quil mettoit le souuerain bien en la Volupté lon a appellé de son nom les hommes charnels et dissolus Epicuriens.

Paris Chez Vallet



revocata fuerat, unde ipse secundae seu mediae academiae princeps nominatur; his autem socratis opinioni hoc addidit ut non modo nihil sciri affirmaret cum socrate sed ne posse quidem ullam rem sciri contenderet; hinc novi academici dicti sunt acata leptici.

Arcesilae signa secuti sunt Lacydes tertiae academiae seu novae autor, Evander, et praecipue Carneades qui romae novorum doctrinam academicorum facundissime explicuit, ibiq: inter discipulos numeravit Ciceronem qui et ipse academicus fuit, ac platonicae methodi strenuus assertor

Hae fuerunt illustriores philosophorum sectae ante christi tempora quae omnes duas in classes generatim distribui possunt dogmaticam et academicam.

Sequentibus vero temporibus nempe post christum natum, primis ecclesiae saeculis, adoctarum usque

SORBONNE 80

circiter seculum platonis philosophia prima —
semper obtinuit: eam antiquiores ecclesiæ patres
græci et latini amplexi sunt. eandem latinos
inter patres diligentissime excoluit imo et illustravit
sanctus Augustinus; ad refellendos ethnicorum
errores, asserendamq: religionis christianæ veritatem
felicitet adhibuit: ex eadem Platonis philosophia
ingeniosum suum systema de idearum natura
et origine hausisse videtur elegantissimus ingenii
veritatis auctor unus ex clarissimis Cartesii discipulis.
Inclinante octavo seculo philosophiam
Aristotelis in pulvere et oblivione quasi consepul-
tam e tenebris excitare aggressi sunt arabes plurimi
publicasq: instituerunt scholas ubi lecti sunt
Aristotelis libri arabice translati, idque per
per quadringentos circiter annos quibus —
magnam scientiæ famam consecuti sunt.

inter eos tamen palmam postea reportarunt
Avicennas et Averroes: hic floruit cordubæ
in hispania duodecimo circiter medio sæculo
alter brevo florebat circa undecimum sæculum.
Utraque ex africa in Europam et ex hispania
in Gallias transmigravit Aristotelis ——
philosophia ac in scholis parisiensibus trad:
cœpit eo quo ab arabibus recepta fuerat ——
modo, subtili nimium et contentioso, eaq:
disputatrix et contentiosa philosophia scholastica
vocata est eo quod in scholis adnostra usque ——
tempora fuerit usurpata licet tamen varium
variis temporibus experta sit fortunam.
Philosophiam scholasticam tum laude in
parisiensi schola spectate sunt plurimi præstantes
viri quos inter velut heros celebrantur petrus
Abelardus non minus ingenii subtilitate

ac auditorum frequentia quam suis cum
heloissa erudita puella amoribus famosus —
dictus vulgo Philosophus amatorius: Petrus
natione Lombardus parisiensis episcopus qui
floruit circa medium decodecimi saeculi; —
Alexander halensis franciscanus doctor —
irrefragabilis apellatus, Albertus magnus
dominicanus praeceptor sancti Thomae
Aquinatis.
inter scholasticos seu novos peripateticos tres
sunt nobiliores sectae singulae in academia
parisiensi natae.
Prima Thomistarum est qui magistrum —
habere se gloriantur mox laudatum sanctum
Thomam patria Napolitanum professione
dominicanum ob integritatem et candorem
doctrinae angelicum doctorem et scholae solem





Fr. Joan. DVNS SCOTVS: ortu, Hibern.us statu, Franciscan.us titulo, Doctor Subtilis dignitate, Scholæ Caput alterum: exercitio professor: docuit Parisiis, Oxonij Coloniæ: Ubique Victor, Theologus Deiparæ mendaces ostendit eos qui — maculaverunt illam. Placidâ morte obiit Coloniæ an. Dñi. 1308: sepultus ibidem, et ubique gentium cultus.

Paris chez Vallet.

SORBONNE

apellatum, qui circa medium decimi tertii
saeculi parisiis docebat.
Altera scotistarum est qui ducem sequentur
joannem Duns natione scotum instituto
minoritam ob ingenii singulare acumen
doctorem subtilem dictum qui vertente decimo
tertio ecclesiae saeculo et incunte decimo quarto
sectae suae fundamenta jecit
Tertia Nominalium est sic dictorum quod —
contenderent nomina et voces esse objectum
logicae: horum doctor fuit Guillemmus —
Ochamus natione anglus ejusdem ordinis
fratrum minorum et scoti discipulus initio
decimi quarti saeculi.
Recentiorum autem philosophorum duae —
praesertim celebrantur sectae Gassendistarum
nempe et Carlesianorum.

Gassendistae ducem sequentur Petrum Gassendum Presbiterum ac regium in academia parisiensi Matheseos professorem: hic autem obsoletam Democriti et Epicuri opinione de formatione mundi per atomos emendavit in pluribus et emendatam propugnavit ea ratione ut doctrinam olim religioni adversam ad sensum catolicum adduxerit.

Cartesiani denique sectantur Renatum Cartesium egente nobili apud aremoricos oriundum: natus est anno 1596: primum flexiae studuit, deinde absolutis studiis in Germaniam militandi partim partim et peregrinandi animo profectus est, cumq: ibi aliquando quietus esset per hyemem meditationibus philosophicis vacare coepit: postea in bataviam translatus totum se deinceps philosophiae

124



GASSENDI Grand Theologien, Preuost de l'Eglise de Digne, et Professeur Royal de Mathematique et Philosophie, dans l'Vniversité de Paris. mourut le 9.e des Calendes de Nouembre lan de Iesus Christ. 1655.

Paris Chez Vallet.

SORBONNE



105



Entre les Sages de ce temps
Celuy-cy tient vn rang Supreme
Et l'on dit qu'Aristote mesme
Doit ceder a Ses Arguments

au Buste de Loüis 14.

A Paris chez Vallet ruë S. Iaques.

SORBONNE



tradidit: tamen in suessiam vocatus a Cristina regina sapientissima litterarum et scientiarum amantissima paucis post adventum suum mensibus Holmiae occubuit anno 1650 aetatis suae fere 54: ejus corpus ibi primo sepultum: sed elapsis aliquot annis ejus ossa e sepulchro educta jubente christianissimo rege Ludovico magno tu taetiam translata sunt, et in aede deo sacra sub invocatione sanctae Genovaefae de monte condita ubi duo epithaphia elegantissima latinum aliud, et aliud gallicum infra ipsius effigiem leguntur.

universae ejus philosophiae praesertim vero methapisicae ac phisicae capita ad Amussim in toto cursu expendemus et plerumque amplectemur; dataq: occasione insigniorum ejus discipulorum memoriam celebrabimus.

finis
prolegomorum philosophiae
in universum

107
1650

Prima Pars Philosophiæ

Logica



Paris chez Vallet Graveur du Roy ruë S. Jacques, au Buste de Loüis 14.

SORBONNE



Prima pars philosophiae.

Logica seu
ars cogitandi.

Praefatio.

Siquilibet homo sibi ipse intime ac vivide conscius est se cogitare, hoc est generales sibi inesse veritatis notiones, de iis judicare se, ratiocinari, ideas suas, judicia et ratiocinia certa ratione ordinare: non minus unicuique infausta minime et quotidiana experientia compertum est mentem humanam inter cogitandum in innumeris iis quae gravissimis errorum fluctibus jactari, idque non solum in disciplinis humanis sed et inordinatis vitae civilis officiis ita ut quacunque scientiarum pulchritudini ac certitudini tenebras offundant quae regni tranquillitatem societatis cujusque.

pacem ac privatorum quietem turbare solent bella, lites et jurgia ex falsis semper judiciis profluant

Nullum igitur dubium esse potest plerosque homines ratione sua perperam uti, variosq. et perennes errorum nostrorum fontes extare; hinc fluxit necessitas disciplinae quae iis detegendis et salubriter emendandis tota invigilaret. Haec autem scientia apellatur Logica quae proinde turpis non est ars cavillandi, omniaq. vel certissima in utramque partem cum summa veritatis injuria agitandi, ut inepte quidam somniant, sed solida est disciplina quae excolendae rationi, et mente tutissimis regulis ad verum methodice dirigendae plurimum inservit, quo jucundius nihil et utilius humanae genti esse potest.

Scilicet solo lumine naturali in cogitationibus suis

ducti homines, primum falsis se judiciis persaepe decipi animadverterunt: deinde sedula attentione postaccuratas fidelissimasq: observationes pro certo habuerunt sibi continuo cavendum esse cum a praejudicatis opinionibus, praecipitiq: judicandi studio, tum ab omnibus corporis animiq: motibus; hinc probatas regulas statuerunt quibus mens nostra intrijudicandum tuto duceretur.

Unus proinde Logicae scopus est mentem praejudiciis liberare, errorum nostrorum fontes detegere, iisq: idonea adhibere remedia, sulli nesciam, veritatis regulam stabilire, denique brevem et tutissimam inveniendae veritatis scientiarumq: perficiendarum methodum praescribere, quod pro viribus exequi conabimur; semotis peregrinis quaestiunculis quibus praeclaram hanc cogitandi artem non nulli misere deformarunt.

Prolegomena Logicae.

Philosophi Logicae arcana non prius referant quam ejus naturam, existentiam, causas, proprietates et species inquisiverint: quocirca ut scholarum consuetudini obtemperemus quinque capitibus breviter complectemur quidquid de Logica generatim dicendum occurrit: hae etenim quaestiones praeliminares circa logicam in genere fieri solitae in omnium ore versantur et ad acuendos, exercendosq: in ipso aditu animos auditorum valde conferre vulgo existimantur: sit itaque.

Caput primum

De nomine et natura Logicae.

Logica variis donatur nominibus.

Primo dicitur Logica a voce graeca λογος

quae sermonem significat sive internum et mentalem qui est cogitatio, sive externum et vocalem qui est signum cogitationis utrumq: autem hunc sermonem logica dirigit ad veritatem externum tamen in gratiam interni nempe cogitationum quae sunt veluti sermones quibus mens secum ipsa loquitur.

Secundo dicitur dialectica a verbo graeco διαλεγεσθαι id est colloqui unde ars discerendi apellata est, quia non modo praecepta recte cogitandi tradit sed etiam praescribit regulas quibus cogitationes congruo sermone aliis manifestentur, frustra quippe ad fovendam inter homines societatem cogitationes in mente ordinarentur, nisi earumdem signa legitimo pariter ordine disponerentur unde a quibusdam logica dicitur ars cogitandi et loquendi

Tertio dicitur organum quod ea tanquam instrumento utantur aliae omnes disciplinae ut veritatem in proposita quavis materia

facilius assequi valeant

Denique dicitur ars cogitandi, quia complectitur varias observationes factas ab hominibus in cogitationes suas, et exiis observationibus natas utiles omnibus cogitandi modis hoc est percipiendi, judicandi &c. regulas.

Natura logicae ipsa ejus definitione patebit.

Duplex autem distinguenda est logica, naturalis et artificialis seu acquisita.

Logica naturalis est ipsa cogitandi vis menti innata qua independenter a regulis judicare ratiocinari et suas cogitationes ordinare potest.

Logica artificialis est disciplina labore et exercitio parta varias complectens methodice cogitandi regulas ab hominibus sola natura duce detectas.

Hinc patet Logicam artificialem et acquisitam esse ipsam logicam naturalem sed studio et labore ad veritatem investigandam promptiorem factam.

De sola logica artificiali agitur in scholis et definiri solet ars et scientia practica directrix cogitationum, velut alii loquuntur operationum mentis ad veritatem.

Non nullis prolixior esse videtur haec definitio, nec assignare genuinum logicae objectum, quocirca brevius ab ipsis logica definitur ars judicandi; sensent quippe idaeam ut pote falsitatis nesciam non esse objectum logicae, sed solum judicium ad quod referri debent ratiocinium et methodus quae sunt species judicii.

A nobis vero logica definitur disciplina mentem in suis cogitationibus ad veritatem methodice inquirendam dirigens gallice, l'art de rendre l'esprit juste.

Qua quidem in definitione nitide notioni logicae afferendae magis consulimus quam regulis quibus in rigore ut aiunt consentanea esse debet accurata definitio

Circa naturam logicae, quaerunt scholastici utrum logica sit virtus mentis: deinde adquam mentis virtutem tanquam ad proprium suum genus revocari debeat, id est utrum sit ars vel scientia aut utrumque simul: denique utrum sit scientia practica aut speculativa. Ad istarum quaestionum intelligentiam sciendum est quid et quotuplex sit virtus mentis.

Virtus mentis generatim in scholis definitur habitus mentem semper inclinans in verum, ut scientia.

Virtus mentis quintuplex numerari solet, nempe intelligentia, sapientia, scientia, prudentia, ars.

Intelligentia est virtus mentis occupata circa prima principia qualia sunt ista, quod quid cogitat existit, totum sua parte maius est.

Sapientia est virtus mentis quae versatur circa res altissimas per altissimas causas

Res autem altissimae sunt res vel universalissimae ut ens et modus entis in genere, vel praedicamentissimae, ut deus et mens humana.

Causae altissimae sunt principia generalissima ut isto, quidquid percipitur verum est, nihil percipi non potest

Scientia est virtus intellectus quae ex principiis certis aut valde probabilibus legitimas deducit conclusiones, unde dicitur habitus demonstrativus.

Prudentia est virtus mentis circa actus humanos ad honestatem moralem dirigendos occupata, unde definiri solet habitus vera cum ratione activus circa ea quae sunt hominis bona vel mala moralite.

Ars denique est virtus mentis effectiva praecepta dirigens, unde definitur habitus vera cum ratione effectivus.

Primo quidem dicitur habitus, idest facultas operandi repetitis actibus comparata

secundo dicitur vera cum ratione id est per vera et certas regulas

Tertio dicitur habitus effectivus id est dirigens operationes ingenii aut industriae plenas.

Effectio autem est operatio dirigibilis ad finem non tendentem ad bonum, sed tamen ab honestate diversum id est ad finem phisicum et rei congruum, ut saltatio ad numeros quae ad venustatem seu elegantiam in actus dirigitur est effectio.

Actio vero est operatio dirigibilis ad finem honestum et moralem, ut eleemosina et alia quaelibet virtutis actio.

In actione spectatur agentis intentio comparata ad regulas morum, in effectione vero spectatur potissimum agentis industria comparata ad finem phisicum et naturalem, id est conformitas cum regulis peritiae et solertiae, sic aedificatio domus, vel confectio syllogismi est effectio: his politis sit.

Conclusio prima.

Logica est virtus mentis.

Probatur quia virtus mentis est habitus mentem

semper inclinans in verum: aliqui Logica est huiusmodi; nam illa disciplina mentem semper inclinat in verum quae certissimas statuit cogitandi regulas quibus servatis errandi locus non est: aliqui Logica tales tradit regulas; nulla quippe est ex Logicae regulis quae falsitatis subesse possit nisi vitio eorum qui praecipitatione aut praeiudiciis occaecati iis abutuntur; ergo Logica est virtus mentis.

Obicies. Logica tractat de sophismatibus, id est ratiociniis quae in speciem vera rigide tamen falsa sunt; ergo logica non est virtus mentis.

Distinguo antecedens. Logica tractat de sophismatibus ut detecta eorum fallacia ab iis caveamus, concedo antecedens. tractat de sophismatibus ut decipiat, nego antecedens et consequentiam.

Porro Logica tractat de sophismatibus, id est

ostendit in quo consistat vitium sophismatis, et quomodo iis satisfieri debeat, sed logica non tractat de sophismatibus ut per ea in errorem inducat, bene vero ut ostensa sophismatum fallacia abiis caveamus, sicut ars medica tractat de venenis non ut homines veneno conficiat sed ut vel ea fugiant, vel quatenus toxica certa ratione temperata sanitati restaurandae plurimum inservire valent, idem dicendum de logica respectu sophismatum.

Quanquam, ut ingenue fateamur quod res est, non nulli sunt philosophi qui logica abutuntur, quique sibi multum tribuunt dum futiliter ineptientes et ratione quasi furentes argumenta sophistica vibrant quasi famam aucupaturi litigiosa disputandi ratione ejusmodi cavillatores tanquam totidem pestes sedulo devitandi, eorumq: philosophandi ratio prorsus est improbanda.

Jam vero logica licet sit virtus mentis, non est tamen quaelibet mentis virtus, vestra gratia, nec est intelligentia nec sapientia, quia logica propria non versatur circa axiomata seu primas principia, sed ex iis aliunde mutuatis suas elicit conclusiones, ut etiam aliis scientiis contingit: gravitet non est prudentia, quia honestatem nec intendit, nec ad eam actiones dirigit, sed tota est in mente ad verum methodice dirigenda. Superest igitur ut logica sit ars vel scientia, vel utrumque simul: sit itaque

Conclusio secunda.

Logica est ars.

Probatur: nam ars est recta ratio aliquid efficiendi per regulas sive ut aiunt habitus vera cum ratione effectivus dirigens nempe operationem ad finem non tam per se quidem, sed tamen ab honestate

diversum: alqui logica dirigit cogitationes mentis ad finem ab honestate diversum, scilicet ad veritatem, ea enim tradit regulas quibus observatis veritas in judiciis et ratiocinationibus semper reperitur; ergo logica est ars.

Objicies ars relinquit opus sensibile, verbi gratia effectus artis sutoriae est calcei: alqui logica nullum relinquit opus sensibile mens enim et ejus functiones non sunt aliquid sensibile ut per se patet; ergo logica non est ars.

Primo nego majorem: sunt enim artes quaedam quae aliquid sensibile relinquunt ut architectura quae domum relinquit, sed quilibet artis essentiale non est; ars enim loquendi, saltandi nihil sensibile potest relinquunt.

Secundo distingo majorem: ars mecanica et objectum sensibile habens relinquit opus sensibile, — concedo majorem ars liberalis et objectum insensibile

habens relinquit opus sensibile: nego majorem concessa minore, similiter distingo consequens.

Itaque ars duplex liberalis et mecanica.

Ars liberalis ea est quae potius animo quam corpore exercetur, ut ars oratoria

Ars mecanica est ea quae magis corpore quam mente exercetur, ut ars sutoria.

Porro logica cum non habeat objectum sensibile sicut habet pictura vel architectura, nullum quoque effectum sensibilem producit; proindeq: non est ars mecanica sed liberalis; tota enim pendet a mentis sagacitate et industria vi cujus praecepta logicae tenentur et ad praxim reducuntur.

Instabis. Logici non denominantur artifices, (gallice artisan) ergo logica ~~nullo~~ nullo ~~modo~~ modo est ars.

Nego consequentiam quia usus penes quem est jus et norma loquendi invaluit ut ii duntaxat artifices apellarentur qui artem mecanicam tractant

ergo licet logici non appellentur artifices, male colligitur logicam non esse artem

Conclusio tertia.

Logica est scientia

Probatur. nam scientia est habitus demonstrativus rectas nempe est principiis quantum fieri potest certis aut valde probabilibus deducens conclusiones: atqui logica est habitus demonstrativus; nam illa disciplina est habitus demonstrativus quae suas regulas in victis rationibus instar geometriae probat. atqui logica suas de cogitationibus mentis adverum conformandis in victis rationibus instar geometriae probat, verbi gratia cum docet definitionem debere esse re definita clariorem, quia rei definitae naturam explicat. similiter demonstrat regulas varias quas circa syllogismos tradit. ergo logica multa de objecto suo demonstrat; proinde que

logica est scientia.

Solvuntur objectiones.

Objicies illa definitio non est scientia cujus objectum necessarium non est: aliqui logica objectum necessarium non est; verbi enim circa mentis cogitationes quae prodeunt a nobis ut existant, sed quisque sibi intime ac vivide conscius est; ergo logica non est scientia.

Nego minorem et dico objectum logicae necessarium esse ratione essentiae licet non sit necessarium ratione existentiae; cogitationes enim mentis quae agnosci solent quo objecto logicae constant certis attributis sine quibus nec esse nec concipi possunt verbi gratia nullum esse potest judicium sine duabus idoneis, nullum ratiocinium sine judicio antecedente et judicio

consequente; ergo nihil impedit ne logica dicatur scientia ad quam nempe sufficit sola necessitas essentiae

Instabis. quod necessarium non est ratione existentiae, necessarium quoque non est ratione essentiae: atqui logicae objectum necessarium non est ratione existentiae, ergo logicae objectum necessarium non est ratione essentiae.

Nego majorem. quamvis enim circulus verbi gratia existentiam necessariam non habeat necesse tamen est ut omnes illius radii sint aequales, ergo aliquid necessarium esse potest ratione essentiae licet necessario non existat.

Instabis. essentia et existentia non distinguuntur; ergo quod necessarium non est ratione existentiae, necessarium esse non potest ratione essentiae.

Distingo antecedens. essentia phisica ab existentia non distinguitur concedo antecedens essentia methaphisica ab existentia non distinguitur nego antecedens et consequentiam.

itaque essentia duplex distinguitur ambitus duplicite accipi potest, scilicet phisice et methaphisice.

essentia phisice spectatur cum complexu eo attributis ipsis existentibus et rem ad quam pertinent constituentibus, verbi gratia essentia phisica trianguli actu existentis est spatium ipsum et lineæ ex quibus constat

essentia vero methaphisica est connexio sive complexio attributorum quæ rem aliquam ex hypothesi quod sit constituunt.

Porro essentia quidem phisica ab existentia non distinguitur, sed essentia methaphisica ab existentia distinguitur; sive enim existat

triangulus sive sit tantum possibilis necessaria est connexio inter attributa ex quibus constare intelligitur

Instabis. essentia phisica non distinguitur ab existentia: atqui essentia phisica non distinguitur ab essentia methaphisica; ergo essentia methaphisica non distinguitur ab existentia.

Nego minorem propter rationem mox adductam.

Instabis. attributa inter se connexa esse nequeunt quin existant; ergo essentia methaphisica ab existentia non distinguitur.

Distingo antecedens. attributa non possunt esse connexa phisicae quin existant, concedo antecedens. connexa methaphisicae, nego antecedens et consequentiam.

Porro attributa non possunt quidem esse connexa phisicae quin existant, sed interea connexio methaphisica esse potest antecedenter ab illorum

existentiam; nam connexio methaphisica —
in eo consistit quod res concipi non possit sine quibus-
dam attributis, uno verbo essentia methaphisica est
ipsa rei intelligibilitas, nec vero non repugnantia
ad existendum: atqui ut rem aliquam e —
suis in attributis consentientem concipere —
possimus, necesse non est ut existat; ut enim —
concipiatur triangulum esse spatium tribus lineis
terminatum, necesse non est ut existentiam —
realem et actualem habeat; deus enim ab aeterno
sic concepit triangulum, nec tamen unquam
potest ab aeterno triangulus extitit extra ideas —
divinas; proinde: methaphisica rei attributorum
consentio existentiam non exigit.

Instabis. quod a praeceptis pendet necessarium
non est: non dantur enim praecepta de rebus —
necessariis, frustra verbi gratia daretur praeceptum
de cordis motu et sanguinis circuitu in venis —
et arteriis: atqui cogitationem mentis, judicii —

nempe el ratiocinii pendet a præceptis; ergo necessaria non est.

Primo nego minorem: dantur quidem præcepta de definitione, divisione, et ratiocinatione &c: sed præcepta illa pendent totius ab illarum cogitationum essentia; quam cogitationum illarum essentia a præceptis.

Secundo distingo majorem: quod pendet a præceptis mutabilibus, illud non est necessarium; concedo majorem: a præceptis immutabilibus nego majorem: distincta pariter minore nego consequentiam.

Porro esto quod definitionis, divisionis, ratiocinationis &c essentia pendeat a præceptis, sed præcepta illa sunt immutabilia; nam illa præcepta sunt immutabilia quæ aliter se habere non possunt: atqui præcepta quæ

logica tradit circa cogitationes mentis, verbi gratia circa definitionem &c aliter se habere non possunt, si quidem ejusmodi praecepta fundantur in invariabili natura cogitationum mentis; ergo praecepta logicae sunt immutabilia.

Instabis. praecepta logicae ab hominibus instituta sunt; ergo necessaria non sunt.

Nego antecedens. nam praecepta quidem illa ab hominibus detecta fuerunt, sed ab illis non fuerunt instituta; etiamsi enim nulli unquam fuissent philosophi, nihilominus verum esset definitionem debere esse redefinita clariorem, et syllogismum constare debere ex tribus terminis, et totidem propositionibus, quia ad cognoscendam duarum relationem idaearum necesse est ut illae idaeae cum altera tertia comparentur: idem de aliis logicae praeceptis judicium ferendum est.

Objicies iterum eadem disciplina scientia simul et

art esse non potest: aliqui Logica est ars ut constat ex praecedenti conclusione; ergo Logica non est scientia.

Nego majorem: nihil enim impedit ne eadem disciplina aliquid de objecto suo demonstret, — subquo respectu est scientia simul operationem ad finem ab honestate diversum dirigat, subquo respectu est ars; ergo eadem disciplina potest — esse ars et scientia sub diverso respectu.

Instabis duae species ejusdem generis eidem rei convenire non possunt, verbi gratia idem non potest esse homo simul et brutum: aliqui ars et scientia sunt duae ejusdem generis species; ergo eadem disciplina ars et scientia simul esse non potest.

Distingo majorem duae species ejusdem generis immediatae eidem rei convenire negat minorem concedo majorem: duae species quarum

una est mediata et altera immediata eidem
ei convenire non possunt, nego majorem: distincta
pariter minore nego consequentiam. Et
itaque duplicis sunt generis sunt species, immedi-
atae scilicet et mediatae
species immediatae sunt illae inter quas diversum
divisum nihil est medium sic homo et bellua sunt
immediatae ejusdem generis nempe animalis species.
Porro immediatae quidem ejusdem generis —
species de re eadem affirmari non possunt, sed
nihil impedit ne species quarum altera —
mediata est, altera vero immediata de re —
eadem affirmentur; sic dicimus dici potest
quod sit bellua et reptilis: at autem et scientia
sunt species ejusdem generis, sed altera est mediata,
altera vero immediata, virtus enim intellectus
immediate dividitur in scientiam et intelli-
gentiam; scientia vero subdividitur in artem
sapientiam et prudentiam

species autem mediatae sunt illae quas inter et genus divisum est aliquid medium. sic volatilia et reptilia sunt mediatae animalis species; interea enim et animal ~~est ali~~ quod genus est divisum sunt belluae.

Objicies tertio modus sciendi non est scientia: atqui logica est modus sciendi, unde ab Aristotele dicitur clavis et janua scientiarum qua aperta aperiuntur ~~clau~~ clausa clauduntur; ergo logica non est scientia.

Distingo majorem. modus sciendi non est scientia illa cujus est modus sciendi, concedo majorem. modus sciendi in se spectatus non est scientia distincta a caeteris ad quas facile sternit viam, nego majorem.

fateor equidem modum sciendi non esse scientiam illam cui ediscendae inservit, quia prius est callere modum acquirendae

alicujus scientiae quam ipsam habere scientiam, sed nego modum sciendi in se spectatum non posse esse scientiam; — proindeq: logica quae est modus sciendi, id est instrumentum ad alias disciplinas — comparandas non est ipsa scientia cui comparandae inservit, verbi gratia non est ethica vel phisica &c. sed logica in se et absolute considerata est scientia a caeteris aliis distincta, quippe quas tradit regulas de cogitationibus mentis ad veritatem — dirigendis, eas in victis rationibus instar geometriae probat; et consequenter logica quae est modus sciendi est simul scientia.

Instabis: instrumentum ejusdem naturae esse non potest cum eo tutus est instrumentum; ergo cum logica sit veluti instrumentum quo scientiae comparantur, scientia esse nequit.

Rego antecedens. Malleus enim malleo fabricatur ut constat experientia.

Ins tabis denique. illa disciplina non est scientia in se et absolute cujus plurimae regulae falsae sunt: atqui plurimae regulae quas tradit logica, verbi gratia, de syllogismo falsae sunt; ergo logica nulla tenus scientia est.

Rego minorem. nam illae regulae non sunt falsae quarum veritatem de evidentibus rationibus et methodo geometrica demonstrat: atqui quas logica tradit regulas de syllogismis eas evidentibus rationibus et methodo geometrica demonstrat, ut patebit in tertia parte logicae; ergo logica est scientia.

Conclusio quarta.

Logica est practica.

Probatur nam illa disciplina est practica quae objectiva cognitione non contenta transit ad opus: atqui logica talis est; docet enim regulas judicandi et ratiocinandi; ergo logica est practica

Objicies. illa disciplina non est practica quae tendit ad veritatem, veritas quippe producit ac per praecepta dirigi nequit ut per se patet, sed tantum investigari et detegi potest; atqui logica tendit ad veritatem; ergo logica non est practica

Distingo majorem. illa disciplina non est practica quae tendit ad veritatem

tanquam ad objectum suum concedo majorem: tanquam ad finem suum, subdistingo quae tendit ad veritatem solam eam: objectivam et methaphisicam, concedo majorem quae tendit ad veritatem formalem et logicam, id est quae adveritatem simulet praxim tendit, nego majorem.

Itaque veritas duplex vulgo distinguitur, objectiva et formalis, aut potius veritas duplici modo spectari potest.

Veritas objectiva et methaphisica est complectio attributorum ad alicujus rei naturam requisitorum, sic veritas objectiva circuli est figura et rotunditas.

Veritas vero formalis et logica est cogitationum

nostrarum conformitas cum logicae praeceptis.

Porro logica tendit ad veritatem tanquam ad finem suum, sed cum mentis cogitationes illius objectum haberi soleant et ab ea directionem accipiant, practica merito dicitur; proinde q: finis logicae est veritas simul et praxis.

Instabis ex concessis cogitationes mentis vulgo agnoscuntur prologicae objecto: atqui cogitationes mentis sunt meroe speculationes, verbi gratia definitio et divisio res definitas et divisas non efficiunt; ergo logica non est practica.

Distingo minorem. cogitationes mentis sunt meroe speculationes respectu objectorum suorum concedo minorem. sunt meroe

speculationes respectu regularum logicae
quibus dirigantur, nego minorem.
Itaque cogitationes mentis spectari possunt
vel respectu objectorum quae representant,
et sub eo respectu sunt meae speculationes, quia
nihil circa objecta sua molivi possunt, verbi
gratia definitio hominis hominem non facit:
vel spectari possunt cogitationes mentis
ratione regularum quibus dirigantur
ad veritatem methodice inveniendam,
et sub eo respectu non sunt speculationes, si
quidem circa eas aliquid operatur logica.
In tabis. cogitationes mentis sunt immutabiles,
ergo sunt meae speculationes.
Distinguo antecedens. cogitationes mentis sunt
immutabiles quoad se, concedo antecedens.

sunt immutabiles quoad nos nego antecedens.
Revera cogitationes mentis sunt immutabiles quoad se, quia constant certis attributis sine quibus necesse nec concipi possunt, nec possunt fieri nisi uno modo, nempe secundum regulas: sed non sunt immutabiles quoad nos, possumus enim eas bene vel male conficere, quandoq: enim recte et quandoq: perperam judicamus ut satis experientia probat adeoq: indigemus praeceptis ne in conficiendis cogitationibus mentis peccemus.
Instabis. ut logica foret practica deberet efficere cogitationes; scientia enim practica suum facere debet objectum: atqui logica ut liquet non efficit cogitationes, sed ipsa mens; ergo logica non est practica.
Distingo majorem ut logica foret practica deberet efficere cogitationes vel eliciendo

sive producendo, vel dirigendo, concedo majorem. deberet efficere cogitationes eliciendo, nego majorem.

Porro logica non efficit quidem cogitationes mentis eliciendo; hoc enim proprium munus est mentis humanae, sed eas efficit dirigendo per regulas et praecepta judicandi et ratiocinandi; ac proinde logica est practica.

Caput secundum.

De existentia logicae.

Constat apud omnes existere logicam naturalem quae est mens ipsa quatenus a natura vim habet percipiendi, judicandi &c. independenter a regulis et praeceptis, nam unusquisque sibi conscius est plurima se cognoscere et de iis judicare. imo quidem logicae naturalis

existentiâ dubitare vellet, aut se mente captum fateretur, aut logicae naturalis existentiam protinus astrueret si quidem eam non nisi ratiocinando impugnaret, quod sine logicâ naturali fieri nequit.

Igitur his solum est de logicâ artificiali quae est habitus percipiendi judicandi &c. dependenter a regulis usu et exercitio comparatus, ad quam litem dirimendam sit sequens.

Conclusio.

Existit logica artificialis seu acquisita

Probatur. nam logica artificialis est disciplina repetitis actibus acquisita varias complectens regulas quibus mens inter cogitandum ad veritatem ordinate tendit: atqui existit hujus modi disciplina siquidem multa traduntur praecepta quibus servatis tertius ac facilius cogitationes mentis adversarium dirigentur,

ut cum docemur definitionem clariorem
esse debere redefinitâ, divisionem faciendam
esse in membra opposita, sillogismum tribus
duntaxat terminis constare debere et alia
id genus plurima praecepta quibus servatis,
ac frequenti diuturnâq: exercitatione ad
praxim revocatis longe certius ac facilius
definimus, dividimus et argumentamur;
ergo existit logica artificialis.
et sane ut existat logica artificialis sufficit
mentem humanam variis erroribus inter
cogitandum esse obnoxiam, illosque errores
emendari posse, et revera saepius emendatos
fuisse per attentionem ad praecepta logicae.
atqui quotidiana constat experientia rem
ita se habere; et consequenter existere
logicam artificialem certo certius est.

Objicies. facultas naturalis nullis indiget regulis ad actus suos exercendos, verbi gratia oculus non indiget praeceptis advidendum atqui mens humana est facultas naturalis cujus actus sunt definitio, divisio et argumentatio; ergo mens humana nullis indiget praeceptis ad definiendum &c. ac proinde vel nulla est logica artificialis vel saltem inutilis est.

Distingo majorem facultas naturalis ad unum agendi modum determinata non indiget praeceptis ad actus suos vite exercendos, transeat major. facultas naturalis ad plures agendi modos indifferens, nego majorem. itaque facultas naturalis vel ad unum agendi modum est determinata, vel ad plures agendi modos indifferens est.

facultas ad unum agendi modum determinata
est ea quæ non potest aliter et aliter operari,
verbi gratia, ignis est res ad unum agendi
modum determinata, quia ignis non potest
ad arbitrium saltem per se et ex natura sua
melius vel pejus, validius vel remissius comburere.
Facultas ad plures agendi modos indifferens
est ea quæ potest bene vel male operari.
Porro transeat quod facultas ad unum agendi
modum determinata non indigeat præceptis
ad actus suos exercendos, quod tamen falsum
est; nulla quippe est ex nostris facultatibus
naturalibus quæ arte non adjuvetur, verbi
gratia oculus seu facultas naturalis videndi
adjuvatur telescopiis ad videnda objecta
remotiora et microscopiis ad videnda objecta
minutiora: idem dici potest de aliis facultatibus;
ergo falsum est facultatem naturalem non

posse certe perfici, vel adjuvari: at certe nego facultatem naturalem ad plures agendi modos indifferentem non indigere præceptis ad exercendos suos actus, sic manus indiget præceptis ad scribendum pingendum, Lyra ad canendum: jam vero mens humana est facultas ad plures agendi modos indifferens ac proinde quibusdam indiget præceptis ad exercendos suos actus, atque adeo indiget Logica artificiali quæ præcepta illa tradit.

Caput tertium

De causis Logicæ

De causis finali, efficiente, materiali unqua etex qua ac formali Logicæ eodem modo philosophandum est ac de causis finali & philosophiæ in universum: ac de causa materiali circa quam sive de objecto Logicæ longe gravior quæstio unqua discutienda studio in contraria mive scindit philosophorum a schola vulgus.

Tres autem potissimum exortæ sunt diversæ de objecto logicæ opinionum classes generales pro triplici genere eorum quæ inter differendum occurrunt: extribus istis opinionibus innumeræ aliæ pullularunt.

Prima sententia nominalium est qui contendunt nomina et voces prout sunt signa cogitationum esse objectum logicæ.

Altera sententia eorum est qui putant res omnes esse objectum logicæ iiq: non uno modo sentiunt; alii enim volunt res omnes prout menti primario illis cogitanti occurrunt, seu res ut aiunt primo intentionaliter sumptas esse objectum logicæ, iiq: dicuntur reales aut realistæ quia rebus plus æquo tribuunt.

Alii vero ut Thomistæ prologicæ objecto agnoscunt res omnes prout menti secundario de illis cogitanti occurrunt, seu res omnes fciando intentionaliter sumptas, nempe rationes attributi, subjecti, generis differentiæ &c. quod ut intelligatur sciendum quid et quobruplex sit mentis intentio.

129



OKAMVS IN HIBERNIA NATVS, ITA IN STVDIO PHILOSOPHIÆ PROFVIT VT NOMINALIVM AVCTOR FVERIT NOMINATVS : TEMPORE SCOTI CVIVS ERAT DISCIPVLVS VIVEBAT. FLORVIT PARISIIS CIRCA INITIVM SCŒCVLI DECIMI QVARTI.

Paris Chez Vallet

SORBONNE


S. THOMAS AQUINAS



S.t THOMAS Nacquit en Italie lan 1220.
des Comtes d'Aquin, il est Iustement appellé le
Prince des Theologiens et l'Ange de l'école
puisque sa Doctrine fut approuvée par la bouche
de I Chrit jl mourut en 1274. allant au Concile
de Lion en France.

Paris Chez Vallet

BIBLIOTHEQUE



intentio mentis generatim est applicatio mentis ad rem aliquam percipiendam, sive est ipsa rei perceptio.

Intentio duplex distinguitur in scholis, prima et secunda.

Prima intentio est ea qua res concipitur ut in se est independenter a mente, verbi gratia, cum concipio circulum ut spatium lineo curva terminatum, quod tunc in eo deprehendo dicitur prima intentio, seu circulus primo intentionaliter sumptus; neque enim pendet a cogitatione nostra ut circulus sit rotundus.

Secunda vero intentio est id quod rei convenit propter modum quo a mente consideratus sive est cognitio reflexa qua mens novas imponit denominationes rebus quae ut in se est exprimunt, verbi gratia in hac propositione Deus est justus, si haec vox Deus dicatur subjectum et justus praedicatum, hae denominationes esse subjectum et esse attributum sunt secundae intentiones logicae quas thomistae vocant entia rationis, quia in sola mente non in ipsis rebus existunt.

Tertia sententia eorum est qui cogitationes mentis pro vero ac primario logicae objecto habent iis qui conceptuales dicuntur: sed inter eos alii solum —

demonstrationem ut Albertus magni sequaces, alii
solam argumentationem ut Scotistae, alii solas —
ideas simplices, alii sola judicia, alii denique —
omnes promiscue cogitationes mentis logicae objectum
esse asserunt.

Verum est certe quanta verborum copia, rerum
autem inopia praesens argumentum disceptatum
fuerit a philosophis scholasticis qui nempe opinionum
varietate quaestionem ex se satis facile et perspicuam
fecerunt obscuram et intricatam? exquisitissimum
scilicet est scholasticorum fabulum haec quaestio
inquâ cogitandô eo subtiliores sunt quo seminus —
intelligunt, eo secundiores quo prolixiores de nomine
disputationes acriter movent.

Tota videlicet opinionum diversitas quae occurrit
in assignando logicae objecto, inde oritur quod non satis
accurate plerique distinguant res de quibus cogitamus
a cogitationibus nostris, item cogitationes nostras a —
cogitationum signis.

Verum quia a nobis quae vitae potius quid sentiendum
sit quam quid alii senserint de eisce mentem nostram

de varistot opinionibus aperient sequentes conclusiones: sit igitur.

Conclusio prima.

Res de quibus cogitamus non sunt objectum logicae.

Probatur. nam res primo vel secundo intentionaliter sumuntur: atqui neutro modo sumptae sunt objectum logicae; ~~nam~~ non primo intentionaliter sumptae; nam totius philosophiae objectum confundi non debet cum objecto logicae quae est tantum pars philosophiae quippe objectum totius alicujus disciplinae latius patet quam objectum unius duntaxat partis ejusdem disciplinae; atqui ut in philosophiae prolegomenis probavimus omnia entia naturalia quorum veritas recta ratione inquiritur sunt objectum adaequatum totius philosophiae: deinde objectum artis alicujus subjicitur praeceptis illius artis: atqui logica ut per se patet non tradit regulas de rebus omnibus primo intentionaliter sumptis; entia enim extra nos posita, verbi gratia, deus, circulus, substantia non sunt

operabilia per praecepta logicae denique: sicut rhetorica tradit praecepta ornate dicendi de rebus omnibus ita tamen ut res non sint ipsum rhetoricae objectum, sed oratio ipsa ad artis oratoriae leges exacta, sicut logica tradit praecepta ordinate cogitandi de entibus, nec tamen entia sunt objectum logicae, ergo res primo intentionaliter sumptae non sunt objectum logicae quae suas tradit regulas abstrahendo a quolibet objecto; ubi enim logica docet definitionem re definita clariorem esse debere, nec ad corpus nec ad mentem nec ad aliud objectum attendit.

Pariter res secundo intentionaliter sumptae sive secundae intentiones non sunt verum logicae objectum, siquidem primo et propter se non considerantur a logica, sed propter cogitationes mentis: sicut grammatica primario et per se non versatur circa varios casus, declinationes, conjugationes et alia id genus entia rationis grammatica, sed de illis agit secundario duntaxat et propter aliud, nempe propter sermonem ~~[illegible]~~ pure et emendate concinnandum

ergo res quo quomodo acquiruntur non sunt
logicae objectum

Objicies. res ex professo ut aiunt tractantur a logica;
ergo res sunt objectum logicae.

Nego antecedens. nam illud non considerabitur
a logica ex professo idest primario et propter se cuius
cognitio logicae propria non est, et de quo dirigendo
logica non tradit regulas; atqui primo rerum
cognitio logicae propria non est, sed alia rerum scientia rum
scilicet rerum spiritualium cognitio methaphisicae
corporearum vero physicae propria est: secundo
logica non tradit praecepta de rebus dirigendis,
nam logica est scientia secundaria et velut reflexa,
acquisita nempe per reflexionem tum supra
cogitationes mentis, tum supra aliarum scientiarum
cognitiones: atqui scientia reflexa non tradit regulas
de rebus primo intentionalibus sumptis; nam scientia
reflexa non tradit regulas de objecto scientiae
primariae et directae: atqui res primo intentionalites
sumptae sunt objectum cognitionis directae; mens
enim recta tendit in res ipsas, reflexa vero est

cum in se ipsas et in suas cogitationes
redit; ergo res primo intentionaliter sumptae
non tractantur ex professo a logico.

Instabis. praecepta logicae de definitione
verbi gratia et divisione cadunt in res ipsas
definiendas &c. ergo res considerantur ex professo
a logico.

Distingo antecedens. praecepta logicae cadunt
secundario et mediate in res definiendas, ——
mediantibus nimirum functionibus mentis ——
definientis, &c. concedo antecedens. cadunt
primario directe et immediate in res ipsas, nego ——
antecedens: nemo quippe dixerit praecepta logicae
eo fine ab ipsa tradi ut res ipsae dirigantur, bene ——
vero ut mens dirigatur inter cogitandum de rebus.

Instabis. idem fit judicium de caeteris logicae ——
praeceptis ac de isto, definitio constare debet genere
et differentia: atqui certe praeceptum istud cadit ——
proxime et directe in rem definiendam ergo

praecepta logicae cadunt primario et directe in res ipsas

Nego minorem et dico praedictum praeceptum cadere in ipsam cogitationem mentis quae debet representare genus et differentiam rei alicujus.

Tus labis. allatum praeceptum cadit in id quod constat genere et differentia: aliquid ipsa res definita constat genere et differentia; ergo laudatum praeceptum cadit primario in rem definiendam

Distingo majorem. allatum praeceptum cadit in id quod constat genere et differentia representative et objective, concedo majorem: cadit in id quod constat genere et differentia intitative, nego majorem

itaque aliquid potest dupliciter constare genere et differentia, repraesentative et intitative.
illud genere et differentia constat repraesentative quod repraesentat genus et differentiam rei alicujus, nec tamen ex iis reipsa componitur, sic definitio

qua circulus dicitur figura rotunda representat figuram et rotunditatem velut attributa circulo essentialia, nec tamen ejus modi functio ex figura et rotunditate componitur.

Illud vero constat genere et differentia intitative quod re ipsa componitur et in se includit genus et differentiam, sic circulus rei ipsa et intitative constat figura et rotunditate.

Porro res definienda constat quidem intitative genere et differentia, at vero functio mentis definientis ex iis constat saltem representative, quippe exhibet genus et differentiam rei alicujus; ergo praecepta logicae non cadunt primario et directe in res ipsas, et consequenter res non sunt logicae objectum.

Conclusio secunda.

Cogitationes ipsae non sunt stricte loquendo objectum logicae.

Probatur. nam cum cogitationes mentis dicuntur

objectum logicæ, id intelligitur de cogitationibus
mentis in genere, idest omnibus simul, vel de aliqua
duntaxat cogitatione mentis in particulari:
aliquid neutrum dici potest; non primum etenim
illud non est objectum logicæ quod non est ——
dirigibile a logica primo et per se: aliquæ cogitationes
mentis in universum dirigibiles non sunt
per præcepta logicæ; nam illud solum est dirigibile
a logica quod attendere potest ad præcepta logicæ et
per attentionem suos errores agnoscere, ac agnitos ——
emendare: aliquæ cogitationes mentis accurate loquendo
hæc per se præstare nequeunt, sed sola mens, unde
syllogismus vitiosus etiamnum manebit vitiosus, nisi
syllogismi vitium mens ipsa per attentionem ad ——
præcepta logicæ detegat, et detectum purgat; ergo
primo omnes simul promiscue cogitationes mentis
non sunt objectum logicæ.
Secundo nec aliqua cogitatio in particulari dici
potest objectum logicæ; nam hæc cogitatio fore
vel sola idea, vel judicium aut ratiocinium

solum, solave methodus: atqui nihil horum dici potest; etenim nec rerum idea sit objectum logicae, imo perfectivatione sui nullatenus est objectum logicae; liquidem idea omnis perfectivatione objecti representati est essentialiter vera, et proinde incapax directionis quae illi solum convenit quod modo bene modo male se habere potest, sed sola mens inter percipiendum divisibilis est, qualenus ipsi praecipitur ut sedulo attendat ad suas ideas, ne consentaneas sese invicem dissocient, aut dissentaneas simul consocient: deinde non — judicium aut ratiocinium solum, solave methodus dici debet logicae objectum, quando quidem logica non minus tradit regulas ut mens recte ratiocinetur aut nitide cogitationes ordinet, quam ut prudenter judicet, aliunde judicium aut ratiocinium &c. non possunt ut perfecte liquet ad praecepta logicae attendere et suos pertalem attentionem errores emendare,

ergo cogitationes mentis sive in genere omnes
nempe simul, sive aliqua in particulari per
exclusionem ad alias non sunt proprium
logicae objectum.

Solvuntur objectiones.

Objicies primo. ideae sunt objectum materiale
logicae ergo aliqua saltem cogitatio mentis
est objectum logicae.

Nego antecedens. nam quod non indiget
directione logicae id non est objectum logicae.
aliqui simplices ideae ut puta essentialiter ideae
in ordine ad objectum de praesentatum non
indigent directione logicae; ergo ideae non sunt
logicae objectum.

Instabis. ex concessis illud est logicae objectum
quod indiget directione logicae. aliquae ideae
sic sese habent; ergo ex concedendis ideae sunt
objectum logicae.

Nego minorem propter rationes jam allatas et fusius evolvendas ubi de veritate idearum agemus

Instabis. Licet ideae non indigeant directione logicae ut verae sint ratione objecti representati, directione tamen indigent ut sint verae in ordine ad judicium, quippe ex ideis male ordinatis fieri potest falsum judicium: atqui hoc sufficit ut ideae dicantur logicae objectum; ergo nihil obstat quominus ideae pro vero logicae objecto agnoscantur.

Nego majorem et minorem: primo quidem major falsa est; nam non ideae ipsae indigent directione logicae ut verae sint in ordine ad judicium, sed sola mens directione indiget quatenus ipsi praecipitur ut inter judicandum attendat ad ideas suas, ne dissentaneas simul perperam jungat, consentaneas vel sepungat

unde falsa oriri possent judicia; ergo primo falsa est major.

Secundo minor quoque falsa est, quippe dato et non concesso quod idoeae indigerent directione logicae ut forent veroe in ordine ad judicium, hoc non sufficeret ut dicerentur logicae objectum; nam tunc primo et per se non considerarentur a logica, sed secundario et propter judicium: objectum autem alicujus disciplinae primo et per se ab illa disciplina attingi debet ut supra discimus; ergo minor pariter falsa est.

Objicies secundo. judicia possunt esse vera aut falsa, sana aut temeraria; ergo saltem judicia sunt objectum logicae.

Concesso antecedente nego consequentiam; inde enim sequitur tantum mentem judicantem esse objectum logicae, non vero ipsa judicia; quia sola mens per attentionem ad praecepta logicae seipsam a praejudiciis et precipitatione liberare potest

sola mens potest sedulo suas inspicere idoeas easq: inspectas conjungere aut separare prout consentientes aut dissentientes videntur; uno verbo sola mens errores in quos inter judicandum persaepe prolabitur corrigere potest data sufficienti attentione ad regulas logicae: judicia vero falsa semel aut temerario per se et ratione sui talia semper manebunt; ergo stricte loquendo non magis judicium dici potest objectum logicae quam idoea.

Objicies denique. saltem argumentatio aut ratio cinatio sola est objectum totale logicae quod sic ostenditur. illud est objectum totale logicae ad quod referuntur quaecumque tractantur in logica: atqui ad ratio cinationem referuntur quaecunque

tractantur in logica quae eo potissimum fine instituta est ut ab ea edis camus artem ratiocinandi; ergo sola ratiocinatio est objectum totale logicae.

Nego minorem. nam logica non minus intendit ut bene judicemus et cogitationes apte ad veritatem assequendam disponamus quam ut recte ratiocinemur; ergo quaecumque tractantur in logica ad ratiocinationem non referuntur

Et vero logica de methodo tractat: atqui certe methodus non refertur ad ratiocinationem, sed potius ratiocinatio ad methodum quae ultimo loco tractatur in logica; ergo omnia quae tractantur in logica non referuntur ad ratiocinationem.

Instabis. idea, judicium, et methodus — referuntur ad ratiocinationem; ergo quæcumq: tractantur in logica referuntur ad ratiocinationem sive syllogismum.

Nego antecedens. nam logica speciales tradit regulas de mente percipiente judicante et ordinante non sensu de mente judicante; deinde methodus ad syllogismum non — refertur, liquidem methodus posterior est — syllogismo, id est methodus præsupponit — syllogismum; methodus enim est apta idearum, judiciorum, et ratiocinationum dispositio.

Instabis. partes referuntur ad totum? — aliqui quæcumq: tractantur in logica sunt partes syllogismi; eram idea et judicium,

definitio ac divisio et si quae alia tractantur in logica sunt partes syllogismi; ergo quaecumq: tractantur in logica referuntur ad solam argumentationem et syllogismum solum.

Distingo majorem partes per se referuntur ad suum totum, concedo majorem. partes per accidens referuntur ad suum totum nego majorem. distingo minorem atqui ideae et judicium sunt partes per accidens ratio ci nationis, concedo minorem. sunt partes per se, nego minorem: quare nego consequentiam.

itaque partes duplicis sunt generis, scilicet partes per se, et partes per accidens.

Partes per se sunt illae quae ex natura sua

ordinantes adcomponendum aliquod totum, sic corpus et mens sunt partes per se hominis.

Partes vero per accidens sunt illae quae non ex natura sua, sed dependenter ab hominum arbitrio vel aliquo casu ordinantur ad componendum aliquod totum, quae ei proinde secundum totum sunt quid completum, sic lapides, ligna &c sunt partes per accidens domus, partes militis sunt partes per accidens exercitus.

Porro definitio, divisio, idea et judicium, aliaque quae tractantur in logica sunt partes per accidens syllogismi, nego vero ea esse partes per se syllogismi, licet enim

syllogismus vel ratiocinatio exillis —
conficiatur, attamen unumquodq: eorum
considerari potest propter se et sine ordine
ad aliquid aliud, verbi gratia ideæ et
judicia per se et seorsim a ratiocinatione
sunt quid completum, constant enim suis
attributis et perfectionibus essentialibus, possunt
ideæ et judicia possint per se manifestare
veritatem seorsim a ratiocinio, ideæ quidem
objecta repræsentando talia qualia sunt,
judicia vero affirmando rem esse id quod
est revipsa, verbi gratia deum esse justum,
et negando rem esse id quod non est, verbi
gratia deum non esse crudelem; nonnulæ
ideæ et judicia non sunt nisi partes —

per accidens ratiocinationis, sunt ~~singuli~~ singuli milites seorsum ab exercitu, singuli lapides seorsum ab aedificio sunt tot idem entia completa in suo genere

Ins tabis. idaeae et judicia sunt partes essentiales ratiocinationis; atqui partes essentiales ratiocinationis sunt certae partes per se ratiocinationis; ergo idaeae et judicia sunt partes per se ratiocinii.

Distingo majorem. idaeae et judicia sunt partes essentiales ratiocinationis ex parte ipsius ratiocinationis, concedo — majorem. idaeae et judicia ex parte sui sunt partes essentiales ratiocinationis nego

majorem: distincta similitudo minore, nego consequentiam.

Quemadmodum igitur milites sunt partes essentiales exercitus ex parte ipsius exercitus quia qui nec esse nec concipi potest sine militibus, nequetamen milites ex parte sui sunt partes essentiales exercitus, quippe milites de se et ex natura sua non postulant ingredi in compositionem exercitus: sic ideae et judicia sunt partes essentiales ratiocinationis ex parte ipsius ratiocinationis quae sine judiciis et ideis nec esse nec concipi potest, nec tamen ideae et judicia ex parte sui sunt essentiales argumentationis partes, quia nemini venit

et ex natura sua sunt quid completum,
et seorsim a ratiocinatione veritatem —
manifestare valent.

Conclusio tertia.

Signa cogitationum nostrarum, voces
nempe et nomina non sunt objectum
logicae.

Probatur. nam illud non est objectum
logicae quod primo et propter se non —
consideratur a logica: atqui voces et —
nomina primo et per se non considerantur
a logica, sed secundario et propter —
cogitationes mentis quarum sunt signa
ergo voces et nomina non sunt logicae

objectum

Dices scientia sermocinatrix tractat primario de terminis qui sunt partes sermonis et quibus utimur in colloquio: atqui logica est scientia sermocinatrix, unde appellatur logica a voce gr. λογος, id est a sermone; ergo logica tractat primario et per se de vocibus et nominibus, et consequenter voces et nomina sunt objectum logicae ut volunt nominales

Distingo majorem: scientia sermocinalis sic apellata a sermone exteriore tractat primario de vocibus et nominibus, concedo majorem.

scientia sermocinatrix sic dicta a sermone interiore et mentali, nego majorem

Porro logica suum nomen praecipue habet a sermone interiore, id est a cogitatione, non vero a sermone exteriori et vocali seu dictione, sola quippe grammatica de dictionibus ordinandis regulas ex professo tradit.

Confutatis hactenus variis philosophorum de objecto logicae opinionibus, superest nunc ut nostram de ipso sententiam aperiamus, sit igitur.

Conclusio quarta

Mens quatenus inter cogitandum ad veritatem methodice inveniendam dirigenda est objectum totale et adaequatum logicae

Probatur. nam objectum totale et adaequatum

alicujus disciplinae est illud quod primo et
per se ab illa consideratur, et ad quod referuntur
quaecumque in ea tractantur: atqui mens quatenus
ad veritatem methodice dirigenda primo et
per se a logica consideratur, de cogitationibus
vero non disserit nisi in gratiam mentis quae
per suas cogitationes quodam modo se prodit;
nam illud solum primo et per se consideratur
a logica quod solum accurate loquendo
vere dirigibile est per praecepta logicae:
atqui sola mens vere dirigibilis est per
praecepta logicae; nam illud solum vere
dirigibile est per praecepta logicae quod solum
dum deficit inter cogitandum potest attendere
ad praecepta cogitandi quae tradit logica,
et attendendo errores suos detegere ac detectos

pertalem attentionem emendare: atqui sola mens dum errat suis in judiciis et ratiociniis potest attendere ad praecepta logicae &c: cogitationes vero mentis ut liquet ex secunda conclusione superiori per se et immediate haec omnia praestare nequeunt, verbi gratia vitiosa definitio aut divisio, praeceps et imprudens judicium, perversum ratiocinium per se et immediate vitia sua agnoscere et agnita corrigere non possunt; ergo sola mens accurate loquendo immediate et per se dirigibilis est a logica; ergo sola mens primo et per se consideratur a logica, et consequenter mens quatenus inter cogitandum ad veritatem methodice

dirigenda est objectum totale et adaequatum logicae.

Confirmatur. tam enim mens ad verum methodice dirigenda dici debet objectum objectum logicae quam corpus humanum ad sanitatem reducendum est objectum artis medicae; ut enim corporis morbos ars medica curat, sic et logica morbis sive mentis erroribus salubriter medetur: atqui certe ut nemo nescit fonctiones corporis humani non sunt medicinae objectum, sed ipsum corpus humanum cui remedia sua primario et immediate applicat ars medendi, verbi gratia cum tibia male affecta est, et proinde incessus liber et expeditus

non est, non incessui sive deambulationi vitiosae, sed tibiae ipsi male incedenti medicamenta immediate applicantur; ergo servata proportione ipsa mens est objectum proximum et immediatum logicae.

Denique vel mens quatenus in suis cogitationibus ad veritatem methodice assequendam dirigenda germanum est logicae objectum, vel res de quibus cogitamus, vel cogitationes ipsae, vel signa cogitationum pro vero logicae objecto agnosci debent: atqui nihil horum dici debet, ut liquet ex tribus mox praecedentibus conclusionibus; ergo superest

ut sola mens cogitans objectum logicae dicatur ex hac conclusione liquet objectum materiale logicae esse mentem, formale vero esse dirigibilitatem mentis ad veritatem methodice inveniendam, eamq: inventam aliis perspicuae exponendam.

In praxi tamen et in toto logicae decursu consuetum loquendi modum sequentes eodem modo ratiocinabimur ac si cogitationes mentis cum vulgo philosophorum haberemus pro primario ac genuino logicae objecto; ex veteri enim proverbio loquendum ut multi, sapiendum vero ut pauci praesertim in rebus quae

ad fidem non spectant

Solventur objectiones.

Objicies primo. Logica non debet habere idem objectum ac methaphisica, logica quippe et methaphisica sunt duæ scientiæ omnino diversæ; atqui in nostra sententia logica idem objectum habet ac methaphisica quæ pariter differt de mente humana tanquam proprio suo objecto; ergo mens dici non debet logicæ objectum, bene vero cogitationes mentis.

Distingo majorem logica non debet habere idem objectum formale ac methaphisica, concedo majorem idem

objectum materiale nego majorem; nam
plures disciplinae possunt habere idem
objectum materiale ut patet de physica —
medicina, anatomia et caeteris quae —
omnes pro objecto materiali habent corpus
humanum

Porro mens quatenus est substantia
spiritalis et abomni materia secreta —
est quidem objectum methaphisicae,
non verb quatenus ad veritatem methodice
inveniendam per precepta dirigibilis; ergo
methaphisica et logica circa mentem quidem
ambae versantur sed diversa prorsus ratione,
proinde q: diversum est objectum formale

me thaphisicae et logicae.

Objicies iterum mens non est dirigibilis per praecepta logicae; ergo mens immerito dicitur logicae objectum.

Nego ~~minorem~~ antecedens. nam facultas quae intime ac vivide suarum conscia est functionum, quae in se ipsam redire potest quaeq: dum suis infunctionibus errat potest per attentionem ad ea quae in se ipsa peraguntur et ad praecepta logicae suos deprehendere errores ac emendare, ea certe dirigibilis est per praecepta logicae: atqui mens humana talis est; dum enim judicat aut ratiocinatur, sit sentitq: judicare se et ratiocinari: si autem in se ipsam redeat, si sedulo attendat ad praecepta logicae deprehendere potest ~~non~~ num bene aut

male judicaverit consulendo suas idoeas: —
pariter detegere potest, num consequens recte
aut secus ex antecedente deduxerit, adeoq: utrum
ratiocinium rectum sit nec ne; ergo mens
per praecepta logicae dirigi potest.
Instabis mens humana est indefectibilis
suis in fonctionibus; ergo non est dirigibilis
a logica.

Nego antecedens. contrarium quippe
constat universali omnium experientia,
quotidie enim multi temere judicant et
perseram ratiocinantur; ergo mens non
est indefectibilis inter cogitandum
instabis mens humana est spiritalis;
ergo est indefectibilis; siquidem sola materia
utpote constans variis partibus a se mutuo

separabilibus mutari potest, corrumpi ac deficere; contra vero substantia — spiritalis ut pote simplex expers proinde quarumlibet partium, cujuslibet generis mutationis, alterationis et defectus expertes.

Primo nego consequentiam. nam mens licet spiritalis et tamen creata seu e nihilo educta; aliquid quid — et e nihilo eductum illud idem est imperfectum et defectibile; ergo mens humana licet spiritalis non est tamen suis in functionibus indefectibilis.

Secundo distingo consequens. ergo

mens nostra est indefectibilis, id est immortalis et ex natura sua incorruptibilis, adeo q: aeternum deo volente victura, concedo consequentiam. ergo est indefectibilis judicandum inter et ratiocinandum, nego consequentiam quandoq: enim assensus noster latius patet quam perceptio nostra persaepe judicamus de rebus non clare cognitis, et quando unam duntaxat objecti faciem videmus de toto judicamus objecto perinde ac si omnes et singulas hujus objecti facies perspectas haberemus, hinc praeceps et inconsideratum fertur

judicium.

instabis. mens inter judicandum est indefectibilis; ergo mens suis in fonctionibus non deficit.

Nego ~~minorem~~ antecedens propter rationes mox allatas.

Instabis ex concessis praecedenti conclusione secunda idaeae omnes per se et ratione objecti representati sunt essentialiter veraeae: atqui ex idaeis judicia componuntur; ergo ex concedendis omnia judicia nostra sunt ~~essen~~ vera; ubi enim partes veraeae sunt, et ipsum totum ex illis resultans verum est;

et consequenter mens inter judicandum est indefectibilis.

Distingo majorem: idoeae omnes sunt veroe; sed quandoq: male — ordinantur a mente eas sedulo non inspiciente, concedo majorem et recte semper ordinantur a mente, nego — majorem.

Etenim saepe mens idoeas seorsim veras, et tamen dissentaneas quarum proinde nullam percipit convenientiam simul jungit, ut cum quis judicat animam esse materialem, et tunc ex illis duabus idoeis perperam junctis

oritur judicium falsum: quando q. vero
ideas consentaneas quarum proinde
nullam percipit repugnantiam
ab invicem separat, ut cum quis
coeca libidine abreptus ut genio liberius
indulgeat falso ~~ita~~ el impie judicat
Deum non existere: in duobus illis
casibus judicia falsa sunt et absurda
non quod ideae ex quibus conflantur
sese falsae sint, vera enim est idea
mentis, idea materiae, dei et existentiae,
sed falsa sunt ista judicia quia male
disponuntur ideae ut sufficiet patebit ex

infra dicendis

Caput quartum.

De proprietatibus Logicæ.

Varias inter logicæ proprietates eminet illius utilitas, vel etiam juxta quosdam necessitas.

Cum enim sæpe fiat ut qui scientiæ alicui operam dant, eam omnibus aliis anteponere non dubitent, eiq: tribuant plerumq: dotes quibus caret, hinc nihil non tentarunt logici ut probarent tantam esse logicæ utilitatem ut qui illius ignarus est, ~~his~~ ad alias disciplinas

adiscendas frustra sese accingat: jure ne an injuria id asseratur mox patebit cum nonnulla adhujus quaestionis intelligentiam praemiserimus.

Primo recolendum est quotuplici modo aliquid necessarium dici possit, quod exposuimus agendo de philosophiae propriaetatibus.

Secundo observandum est logicam artificialem et acquisitam de qua hic agimus esse habitum reflexum nata quippe est logica ex attentione et reflexione circa mentis functiones quae naturaliter fiunt, verbi gratia circa judicia ratiocinia &c.

Observandum denique scientiam ——
aliquam habere posse duplici statu, ——
perfecto et imperfecto.
scientia possidetur statu perfecto quantum
patientur mentes humanae limites, cum
sciens ita est imperturbabilis ut qua scientia
ut valeat solvere difficultates vel gravissimas
quae ipsi objiciuntur, verbi gratia emeritus
aliquis denique peritissimus philosophus ——
professor philosophiam in statu perfecto
habere dici potest
scientia possidetur statu imperfecto cum
sciens non est imperturbabilis qua scientia,
et cum faciliora duntaxat non vero difficiliora
solvere potest argumenta si q: proponantur,

talis est scientia Tyronum.

His positis nunc certa ab incertis et concessa a non concessis secernenda sunt: certum est primo logicam naturalem esse simpliciter necessariam ad quemcumque scientiae gradum.

Certum est secundo logicam artificialem non esse simpliciter necessariam ad scientias in statu imperfecto comparandas, quia adid sufficit lumen naturale; multi quippe sola natura duce scientias satis feliciter colunt.

Quaestionis igitur cardo in hoc uno vertitur utrum logica artificialis sit simpliciter

aut secundum quid duntaxat necessario ad alias scientias in statu perfecto comparandas, quae quaestio duplici modo intelligi potest;
Vel enim quaeritur utrum necesse sit ut logicae periti simus priusquam aliis scientiis operam demus?
Vel quaeritur an satis sit ut alias disciplinas ediscendo et ipsam simul loquam cum iis ediscamus.
Uno verbo quaeritur an necessario sit praevia logicae artificialis acquisitio, an sufficiat logica tanquam comes aliarum scientiarum.
Postremum hoc nullum patitur difficultatem, quippe cum logica acquisita nihil aliud sit quam complexio observationum

infonctiones quas mens sponte exerit ex quibus observationibus ortae sunt — reguloe logicoe, dubium non est perspicacem aliarum scientiarum studiosum hujusce modi reflexis — observationibus logicam ediscere posse; hac enim via primo adinventa est logica.

Priori autem modo logicam artificialem ad alias scientias necessariam non arbitramur, sed duntaxat utilem.

Hujus distinctionis ope remota omni — oequivocatione facile conciliari posse — censemus dissidentes hinc et inde philosophos quorum alii logicam ad alias scientias —

necessarium affirmant, alii vero negant: nempe dum verum habebimus cum philosophis affirmantibus logicam esse simpliciter necessariam ad alias disciplinas, concedemus id verum esse de logica tanquam omnibus individuo aliarum scientiarum et una cum illis acquisita: quando autem verum habebimus cum philosophis negantibus logicam ad alias scientias necessariam esse, respondebimus id verum esse de logica prius acquisita, quod ut clarius pateat, fit.

Conclusio prima.

Proveria logicae artificialis cognitio ad alias scientias in statu perfecto comparandas absolute necessaria non est.

Probatur: nam illius disciplinae praevia acquisitio non est absolute necessaria ad alias scientias comparandas sine cuius praevia cognitione aliae scientiae possunt absolute comparari: atqui coeterae scientiae possunt absolute haberi sine praevia Logicae artificialis cognitione; nam coeterae scientiae non sunt Logica artificiali difficiliores, imo non nullae ipsa facilliores sunt: atqui Logica artificialis solo lumine naturali comparata fuit, nempe praecepta Logicae detecta fuerunt a ipsa mente per attentam considerationem eorum quae in ipsa percipiuntur, non vero detecta sunt per praevium Logicae artificialis —

cognitionem, alias logica deberet sibi ipsi praeire, deberet prius addisci quam actu et de facto addisceretur adeo q: dari deberet logica logicae et sic in infinitum, quod absurdum est; ergo pariter solo lumine naturali possunt absolute comparari aliae disciplinae, et consequenter praevia logicae artificialis notitia ad illas habendas absolute necessaria non est.

Confirmatur haec eadem propositio experientia omnium saeculorum; nam constat plures antiquitus et nostris etiam temporibus in omni fere scientiarum genere excelluisse sine praevia logicae artificialis cognitione: sic veteres phisici

qui ante Zenonem createm primam
sertur logicae autorem extiterunt ut
Thales milesius et caeteri ejus saeculi
sapientes scientiam rerum naturalium
sine ejusmodi logica nacti sunt: sic
mathematici iiq: antiquissimi in aegypto,
et plurimi ex ~~posterioribus~~ terrori pene ubiq: terrarum
mathematicas disciplinas sine praevia
logicae artificialis cognitione didicerunt quin
et pueri olim et etiam nunc mathesim
docentur antequam praeceptis logicae
imbuantur.

Scilicet mathematici naturam ducem
~~fere~~ sequuntur, abiis quae prima sunt

simplicia et maxime communia ad magis
composita gradatim descendunt: nullam
in terminis ambiguitatem relinquunt,
voces omnes quibus utuntur definiunt,
quo fit ut in forma demonstrationum
vix errent.

Deinde geometrae quaedam quae mutuant
axiomata per se clara ex quibus tamen
quae deinceps demonstraturi sunt, verbi
gratia totum sua parte majus est, quae
sunt aequalia uni tertio sunt aequalia
inter se: tum conclusiones vel ex definitionibus
quae in controversiam vel ire nequeunt,
vel ex principiis lumine naturali notis,

vel ex aliis conclusionibus jam probatis demonstrant

Nec molestius inquirunt mathematici cujus figuræ aut modi sit syllogismus, neque ad logicæ artificialis regulas animum intendunt, imo nonnunquam illa attentio magis obstare quam prodesse potest, abiis enim quæ magis necessaria sunt plœrumque avocat.

Geometrarum methodum hic summatim oculis subjicere operæ pretium duximus quod ea omnium optima sit ratio ad veritatem in quacumque scientia feliciter assequendam, eaq: quam primum

uti debeant quicumq. utilem philosophiae operam impendere gestiunt.

Solvuntur objectiones.

Objicies primo. sine logica artificiali caeterae scientiae comparari nequeunt; ergo logica adillas habendas est absolute necessaria.

Primo nego antecedens propter rationes in probatione non allatas.

Secundo distinguo antecedens. sine logica artificiali caeterae scientiae comparari non possunt facile et prompte, concedo antecedens. difficilius et absolute subdistinguo. sine logica artificiali comite et duce cum illis acquisita caeterae scientiae

comparari absolute nequeunt, concedo
antecedens. sine logica artificiali prae habita,
nego antecedens et consequentiam.

Porro cum logica artificialis
sit instrumentum ad alias scientias,
illae facile haberi nequeunt sine
praevia logicae artificialis acquisitione,
sed tamen sine ea possunt absolute
haberi. licet multo difficilius: sicut licet
janua ad domum facile ingrediendam
per opportuna sit, attamen potest quis
alia via licet difficiliori domum ingredi:
idem proportione servata dicendum
de logica in ordine ad alias scientias

quarum facile habendarum clavis
ejusmodi dicitur.

Ins tabis. scientia quaelibet tota continetur
definitionibus, divisionibus et demonstrationibus.
alqui nemo potest definire &c sine —
logica artificiali quae est ars definiendi
&c. ergo caeterae scientiae nequidem
absolute haberi possunt in statu perfecto
sine logica artificialis prius acquisita.
Rego minorem. nam geometrae definiunt
dividunt et demonstrant: alqui tamen
sola animi attentione magistra hoc
praestant; plures quippe sunt ex iis qui
logicam a primo limine non salutaverunt

scilicet sola ratione ductu verborum ambiguitatem tollendam esse certo sciunt ideoq: definitiones in medium proferunt: deinde axiomata statuunt per se clara et ~~ch~~ in concussa: postremo conclusiones demonstrant per definitiones indubitatas vel per axiomata cuilibet attendenti nota, vel per alias conclusiones antea probatas quae jam principiorum vim quodam modo obtinent; ergo potest quis definire sine praevia loquae artificialis notitia.

Instabis. nemo potest recte definire

et argumentari niti teneat regulas definitionis et argumentationis, ac proinde niti noverit quid sit genus et differentia quid sit antecedens et consequens: atqui sine logica artificiali nemo potest hoc callere, sola enim logica ista docet, ergo sine ipsa nemo definire poterit.

Distingo majorem: niti noverit quid sit genus &c. materialiter sive quantum ad rem, concedo majorem: niti noverit quid sit genus formaliter et quantum ad nomen, nego majorem:

distincta simile minore nego consequentiam

Sorro nemo quidem scire potest quid sit antecedens, quid sit consequens quantum ad nomen quem id alogicis acceperit; logici enim soli hac nomina secundae intentionis excogitaverunt: sed logica opus non est ut sciamus quid sit antecedens et consequens materialiter et quantum ad rem; nam antecedens quantum ad rem est propositio ex qua altera deducitur, consequens vero est propositio quae infertur ex altera: atqui certe logica artificiali

absolute opus non est ut cognoscamus
quaenam propositio exaltera deducta
fuerit, et quae sit ea unde deducta est;
ergo sine logica artificiali provecta
fieri possumus quid sit antecedens
quantum advenit ipsam antecedentis
nomine significatam.

Instabis. ut quis recte argumentetur
sive debet formam argumentationis,
idest aptam propositionum et terminorum
syllogismi vel intimenatis dispositionem
ad concludendum: atqui nemo sine logica
artificiali provecta cognoscere potest formam
argumentationis, loquidem sola logica

artificialis docet rationem argumentandi et disputandi; ergo sine logica artificiali aeque potest recte argumentari.

Distingo majorem: debet sive forma argumentationis generalem et naturalem, concedo majorem: debet sive forma argumentationis specialem et artificialem, nego majorem.

forma argumentationis generalis et lumine naturali nota in eo consistit ut conclusio recte deducatur ex praemissis et cum iis necessario et evidenter connexa sit, quod accidit tam in una praemissarum contenet conclusionem, et altera contentam demonstrat.

Forma vero specialis et artificialis
argumentandi consistit in arcta terminorum
dispositione juxta talem figuram et
modum syllogismi observando regulas
quas de syllogismo tradit logica.

Porro sine logica artificiali nemo
cognoscit formam specialem et artificialem
argumentationis; nam sola logica artificialis
agit de figuris et modis syllogismorum,
sed sine logica artificiali potest quis scire
formam argumentationis et ratiocinationis
generalem et naturalem, nam sola natura
duce adhibemus inter ratiocinandum
aliquam propositionem, quae contineat

quæstionem probandam, et aliam
quæ ostendat eandem quæstionem
in altera propositione contineri, verbi
gratia nemo adeo pinguis ac plumbeus
est qui non inferat petitum esse rationem
præditum quia omnis homo rationis est
particeps, vel manum digito majorem
esse, quia omne totum sua parte
majus est.

Objicies secundo. Logica artificialis solo
scientes facit, ergo sine ejus aliæ scientiæ
non possunt haberi in statu perfecto.

Distingo antecedens. Logica artificialis —

sola scientes facit facile et prompte,
quatenus qui logicae peritus est facilius
alias ediscit scientias, concedo antecedens.
logica artificialis sola scientes facit
absolute, subdistingo. logica tanquam
comes aliarum scientiarum et una cum
ipsis acquisita, concedo antecedens. ——
logica prius acquisita sola scientes ——
facit absolute, nego antecedens et
consequentiam. solutio facile intelligitur
ex dictis.

Instabis. nemo scientias comparare
potest sine modo sciendi: atqui sola
logica artificialis est modus sciendi;

ergo logicae proevia cognitio sola scientes facit etiam absolute.

Distingo majorem. nemo scientias acquirere potest sine modo sciendi vel naturali ac directo, vel artificiali ac reflexo, concedo majorem. sine modo sciendi artificiali et reflexo, nego majorem. Distingo similiter minorem. atqui logica artificialis est modus sciendi reflexus et acquisitus, concedo minorem. directus et naturalis, nego minorem et consequentiam.

Modus sciendi directus ac naturalis

in eo positas est ut nulla cognitio pro
vera habeatur quin sit evidenter —
conformis objecto suo, ita tamen ut
ea conformitas solo lumine naturali
deprehendatur.

Modus vero faciendi reflexus et
artificialis in eo consistit ut nulla —
cognitio tanquam vera admittatur
quae non sit conformis regulis in probo
labore cognitis.

Porro sine logica artificiali callemus
modum faciendi naturalem et directum;
ideo enim plura naturaliter judicamus
vera esse et certa quia nobis evidenter

innotescunt aut sensu intimo fundantur; evidentia autem ex distis mentem ad ascensum rapit.

Objicies deniq: nemo perfectum scientiae statum assequi potest nisi sciat se scire, ut aiunt, hoc est nisi in sua scientia ita imperturbabilis sit ut ab ea nulla tenus dimoveri possit: atqui nemo potest esse imperturbabilis in sua scientia si careat logica artificiali; ergo nemo potest habere scientiam in statu perfecto sine logica artificiali.

Nego minorem: tunc enim aliquis
est imperturbabilis in sua scientia,
quando ipsi adhaeret propter claram
et distinctam cognitionem: atqui —
clara et distincta cognitio alicuius
objecti, circuli verbi gratia, vel trianguli
haberi potest citra operam logicae —
artificialis saltem prius acquisitae;
ergo prior logicae artificialis
acquisitio non est simpliciter et —
absolute necessaria ut quis reddatur
imperturbabilis in sua scientia.

Et certe geometrae in sua scientia

sunt imperturbabiles: alqui tamen
placet ex iis logicam nunquam didicerunt,
ut jam diximus; ergo potest quis esse
imperturbabilis sine logica artificiali.
Instabis. nemo potest esse imperturbabilis
in sua scientia nisi solvere valeat omnia
sophismata et omnes difficultates quae
adversus eam proponi possunt: atqui
sine logica artificiali praehabita nemo
id praestare valet; ergo sine ea nemo
imperturbabilis esse potest in sua
scientia.
Primo nego majorem: ut enim

scientia perfecta sit quantum naturalis ingenii vires, necesse non est ut objectiones omnes solvamus, alioquin ipsius — logicae auxilio scientiae nullatenus perfecte haberi non possent; multae sunt enim difficultates quae nec ab ipsius logicae peritissimis ita solvi valent ut nullum superest dubium.

Haec autem responsio sufficit indiget explicatione: scilicet hoc principium in philosophia et in omnibus aliis disciplinis — sedulo tenendum est. Ita aliquis sit ingenium habilis in aliqua scientia, necesse non est ut

ut solvere possit omnes difficultates quae opponi possunt; ad veritatem enim et certitudinem scientiarum humanarum non requiritur ut nullis impugnentur difficultatibus quae perfecte et peremptorie non solvantur; res quippe vel evidentiores multis admixtae sunt tenebris quas discutere non semper valet infirma ratio; satis est quod eas difficultates solvat negative, idest quod sentiat difficultate non everti scientiam suam, idq: probet quamvis claram difficultatis elucidationem afferre nequeat ostendendo nempe unde repetenda sit

difficultatis solutio quod difficultatem positive solvere verbi gratia nihil cuilibet homini certius est quam se esse liberum, utpote quod suae libertatis sibi ipse intime ac vivide conscius sit; quis tamen positive ac nitide solvere potest argumenta omnia quae adversus hominis libertatem opponi possunt et repeti ex immotis dei decretis, infallibili dei praescientia ejusq: omni potentissima voluntate; hinc illud aureum Cartesii post sanctum Augustinum axioma: non ideo clara ne ganda sunt quod obscura

quaedam objiciantur quae animo comprehendi nequeunt: ad hoc axioma saepius confugiemus in toto philosophiae decursu.

Secundo nego minorem et dico sophismata omnia quae per logicam solvuntur ratione sola detegi posse; sophismata enim solvere difficilius non est quam regulas illas solvendi invenire seu detegere: atqui sine praevio logicae studio regulae illae detectae fuerunt; ergo sophismata quae logicae ope solvuntur sine ea

emendari possunt.

Ex responsionibus ad objectiones factis — liquido patet scientias alias comparari non posse quin Logica simul cum iis comparetur; ut enim ex vulgari proverbio,

„fabricando fabri fimus.,

ita recte definiendo & recte definiendi facilitas acquiritur.

Conclusio secunda.

Proevia Logicae artificialis notitia utilis ad alias disciplinas comparandas.

Probatur. nam illa disciplina utilis est ad alias scientias comparandas cujus ope

facilius recte definimus, dividimus, judicamus, ratiocinamur et ~~arg~~ argumentationis vitia promptius detegimus: atqui ope logicae artificialis haec omnia certius et facilius exequimur; qui enim novit regulas quae in definitionibus, divisionibus, judiciis et ratiociniis servandae sunt, is facilius recte judicat, definit, ratiocinatur, et ratiocinationis vitia promptius detegit; facilius enim est cognoscere an ratiocinatio reguloe jam cognitae conformis sit quam illam regulam invenire et

ratiocinationem cum ea comparando detegere utrum ratiocinatio huic regulae consona vel dissona sit; ergo logica artificialis utilis est ad alias scientias in statu perfecto comparandas.

Appendix

De ~~in lion~~ inventione inventore et fortuna logicae.

Quaeres ~~et~~ primo comodo fuerit inventa logica artificialis?

Respondeo hac ratione excogitatam fuisse logicam artificialem: scilicet cum libere cogitantes homines quotidiana

~~exepce~~ experientia errare se animad verterent, seria attentione accuratisq: observationibus agnoverunt emendari posse quae male judicaverant ac — tandem studio ac labore peritorum de tectae sunt et stabilitae regulae quibus inter cogitandum facilius ac certius duceremur, praeteriti que errores — caverentur: hujus modi autem regulas certissimas esse et falli nescias patebit ex infra dicendis.

Nata igitur est logica artificialis ex attentione et reflexione tum supra —

mentis fonctiones quæ naturaliter fiunt,
verbi gratia, judicia et ratiocinia
tum pura cognitiones aliarum —
scientiarum, verbi gratia puras —
cognitiones physicas, mathematicas, &c
expendendo semper rectum legitimæ
effet definitio et divisio facta in physicis
vel demonstratio facta in mathesi, ut
compertæ semel per hujus modi observationes
rectitudine in cogitationes mentis —
introducenda eodem modo fierent
de inepta definitio, divisio, argumentatio
et aliæ quælibet mentis fonctiones: ita

autem observationes sæpius repetitæ
et in unum disciplinæ corpus digestæ
logicam artificialem formarent.
Sine patet alias scientias esse priores
et directas, logicam vero artificialem
iis quodam modo posteriorem esse et
reflexam.

Quæres secundo quis primus habeatur
logicæ inventor?

Respondeo id honoris et Aristoteli
tribuere peripatetici: Zenoni stoici:
plurimi id ipsum Platoni acceptum
referre: alii denique Socrati et

sorte omnes merito.

Cum enim plures sint logicae partes, scilicet ars definiendi, dividendi, et disserendi vel inveniendo vel judicando: fieri potest ut alius aliam logicae partem invenerit: sic ipso Aristotele judice socrates doctrinam definiendi excogitavit, plato rationem dividendi, Zeno artem judicandi, denique Aristoteles ut de se ipso testatur, normam inveniendi sibi vendicat: in quo autem consistat Aristotelis dialectica viva voce exponemus.

Quaeres denique quanam fuerit variis temporibus logicae fortuna?

Respondeo variam variis temporibus fuisse logicae artificialis famam pro diversa illius tractandae ratione. Antiquitus enim sub nomine dialectice pessime apud plerosq: audiebat, quod ea potissimum utentes haeretici ad errores quosq: sparsendos et tuendos

Neque dissitendum est eam diutius etiam in scholis informem prorsus et inanem fuisse, ita ut nonnisi jejunum quarundam vocum insolitarum apprendix esset.

at vero logica nativis efficta coloribus quos in prefatione adumbravimus nonquam non laudata et laudanda est; quippe ars est inveniendi veri et ab omnibus in quos impingere possumus erroribus cavendi; hinc quanti sit momenti et quot ex ea oriantur commoda facile cuilibet attendenti patet.

Primo igitur seria regularum quas quas statuit observatione certius cogitationes nostras ad naturales rationis leges exigimus, ut enim olim galenus argumentabatur

adversus erasistratum, vel quodlibet sequitur ex quolibet, vel non: si posterius opus est arte quae doceat quid sequatur et quid non; si prius, ex eo quod corvus sit niger et cycnus albus, sequitur quod Erasistratus sit stultus.

secundo logica promptiores habiliores q: nos praestat detegendis erroribus et vitiis quae in ratiociniis plerumq: occurrunt; quam vis enim solo lumine naturali

errorem saepe suspicemur vel etiam deprehendamus; non ideo statim malam facere valemus in quo positum sit ratiocinii vitium, quod longe saepius ope logicae artificialis exequimur; alia quam plurima sunt logicae artificialis commoda quae sani illius cultores experiuntur et a quibus recensendis temperabimus.

Caput quintum.

De divisione logicae.

Logica ratione modi quo habetur

primo duplex est; vel enim habetur
a natura et independenter a regulis et
est naturalis, vel improbo labore et ——
dependenter a regulis comparatur, et
est artificialis sive acquisita.
secundo logica artificialis ratione
subjecti in quo recipitur vel acto transit
et est actualis vel diuturna, et est habitualis
Tertio denique logica tum actualis
tum habitualis vel circa praecepta
tradenda et cognoscendo praecepta
versatur; et dicitur logica docens, vel

circa eadem praecepta cogitandi scilicet
applicando et ad praxin reducenda occupatur
et est logica utens.

Igitur logica docens actualis et cognitio
praeceptorum quibus mens inter cogitandum
in inquisitione veritatis methodice dirigitur.

Logica vero docens habitualis et facultas
illa praecepta tradendi et cognoscendi.

Pariter logica utens actualis et applicatio
praeceptorum logicae docentis.

Logica vero utens habitualis et facultas

illa precepta applicandi.

Posterior hoc Logica indocentem et utentem divisio inde oritur quod in qua liberarte qualis est Logica duplex distinguitur pars, superior scilicet et inferior, seu ut vulgo aiunt teoria et praxis.

Pars superior artis est ea que principia et regulas artis docet;

Pars vero inferior est ea que precepta illa exequitur.

Notandum est ~~et~~ has duas partes in

pluribus artibus ad diversas pertinere facultates, tunc quae omnino diversae sunt et una sine altera haberi potest, verbi gratia in musica pars superior nempe musica docens ad mentem pertinet, pars vero inferior sive musica utens pertinet ad vocis organa quae difficultatem aliquam in praeceptorum applicatione patiuntur; hinc quisquis musicae regulas apprime callet non continuo dulce canit ut constat experientia

Alia logica longe aliter se res habet;
cognitio quippe et praxis regularum
logicae ad eandem pertinent facultatem;
eadem etenim mens est quae cognoscit
et applicat praecepta logicae.

Finis celebris apud logicos movetur
quaestio utrum scilicet et quomodo logica
docens et tatens inter se distinguantur,
qua quidem in quaestione ut et in
multis aliis dividuntur philosophi.

Quoniam autem in praesenti quaestione
certum aliquid et aliquid incertum

videtur, idcirco ante quam solvatur certa ab incertis prius secernanda sunt et nitide sigendus quaestionis status ne in aequivoco turpiter laboremus, et denomine potius quam de re controversia moveatur ut scholasticis quandoq: mos est,

fatentur omnes philosophi logicam docentem actualem abutente actuali distingui; aliquis enim cognoscere potest praecepta logicae de definitione verbi gratia et argumentatione, —

nec illo actu effectu applicare, ut constat experientia; nam musicus optime canendi praecepta tenet non semper et perpetuo canit; sed disputant an logica docens habitualis abutente habituali distinguatur.

Genuinus autem quaestionis sensus est an qui logicae docenti habituali inditus est, qui proinde praecepta logicae apprime callere supponitur facultate eadem praecepta applicandi necessario prius careat.

Lis quidem breui composita foret
si per logicam docentem cum non nullis
intelligeretur solum disciplina quam
auspicamur quae nempe tradit praecepta
methodice cogitandi, per logicam vero —
utentem intelligeretur quaelibet alia
disciplina ethica nempe, methaphisica
&c. quae circa objecta peculiaria ad usum
redigunt regulas logicae docentis: nullum
enim dubium est quin logica docens
et utens hoc sensu intellecta duo sint
habitus non solum distincti sed etiam
diversi quippe versantur circa diversa

objecta et diversas habent difficultates superandas.

Gravior vero est quaestio cum —— intelligitur de logica docente et utente eiusdem nominis, id est quando versantes circa idem logicae praeceptum cognoscendum vel applicandum, verbi gratia logica docens definitionem vel definita clariorem esse debere simul et illam regulam applicans de eiusdem nominis: his ita expositis sic statuimus.

Conclusio.

Logica docens habitualis a logica utente habituali distinguitur.

Probatur. nam illi habitus distinguuntur quorum unus sine altero haberi potest et reverea saepe habetur: atqui — Logica docens habitualis potest — haberi sine logica utente habituali; nam logica docens habitualis est facilitas cognoscendi praecepta logica, logica vero utens habitualis est facilitas haec praecepta applicandi:

atqui facilitas cognoscendi praecepta
syllogismorum verbi gratia haberi
potest sine facilitate ea in usum —
convertendi; quotidie enim videmus
homines qui argumentandi legum
periti sunt eas propterea ad praxim
reducere non posse sine difficultate
quae non nisi frequenti exercitio —
tolli potest; ergo habitus logicae
~~logicae~~ docentis et utentis sunt —
omnino diversi:

Confirmatur eadem propositio —

multiplici experientia; quotidiana quippe constat experientia multos esse qui ad unguem tenent grammaticæ præcepta, nec tamen emendate loquuntur aut scribunt saltem facile; sed difficultatem quandam et ingenii tarditatem experiuntur in applicandis gramaticæ regulis quas tamen scire supponuntur: idem dicendum de arte oratoria; non desunt etenim qui recte norunt præcepta rethoricæ, nec tamen venustam

adornare possunt orationem; parte
qui poetice regulas callet, is egregia
carmina non semper facile fundit.
idem denique dicendum de musico
et arte saltandi ad numeros; quotidie
enim reperiat homines qui canendi
et saltandi praecepta optime sciunt
eaq: docent ut par est, nec tamen
facultate cantant aut experte saltant;
ergo experientia prorsus superata
difficultate cognoscendi praecepta
artis alicuius aut disciplinae novam

adhuc superesse difficultatem in iisdem praeceptis applicandis; ~~ergo~~ a pari quisquis accurate tenet praecepta logicae ea non semper facile in usum convertit; proindeq: habitus logicae docentis et utentis sunt omnino diversi.

Objicies compa~~rtata~~ logica docente habituali nullam in illius praeceptorum applicatione difficultatem experiri debemus; ergo habitus logicae docentis et utentis non distinguuntur.

Nego antecedens. quotidie enim —
videmus homines qui noverunt praecepta
definitionis, divisionis et artis syllogisticae
qui tamen probationem quam —
recte intelligunt aut non possunt in
forma syllogismi vitae disponere
vel experimentum difficultatem quae
non nisi labore et exercitio vincere
potest; ergo cognitis logicae praeceptis
remanet adhuc difficultas in iis —
applicandis.

Instabis. si cognitis per logicam —
docentem cognitandi praeceptis aliquam
adhuc experirentur difficultatem
removendam ope logicae utentis, haec
difficultas se teneret vel ex parte cognitionis
praeceptorum vel ex parte facultatis
mentis scilicet praecepta applicantis, —
vel ex parte materiae in qua praecepta
applicari debent: alqui nullum ex
his dici potest: primo non ex parte —
cognitionis praeceptorum quae nempe
supponuntur cognita per logicam —

docentem. secundo non ex parte facultatis illa applicantis; eadem enim est facultas cognoscens et applicans processus methodicos cogitandi, videlicet mens nostra: denique non ex parte materiae quae partes supponitur cognita, aut si quae ex parte materiae supersit difficultas, hoc non per logicam docentem, sed per alias scientias superveni debet; ergo qua logica docente instructus est, nullam

amplius in proeceptorum applicatione
poti debet difficultatem logicoe utentis
auxilio superandam.

Nego minorem et dico difficultatem
sctenere tum ex parte facultatis —
exequentis, tum ex parte materioe:
ex parte quidem facultatis exequentis
ob defectum exercitii; nam omnis —
habitus naturalis comparatur per
actus repetitos: atqui actus illi quibus
cognoscuntur proecepta diversi sunt
ab artibus quibus applicantur; ergo

difficultas potest se tenere ex parte facultatis applicantis.

Deinde difficultas ~~oriri~~ oriri potest ex parte materiae, si quidem praecepta diversi mode applicari debent prout varia est materia, haec q: difficultas solo exercitio vinci potest; prout enim diversa est materia, diversae oriuntur difficultates

Quicumq: igitur alicujus artis teoriam et praxim simul perfecte comparare amant, ii saepe legere et

scribere debent, atque frequentius praecepta diversis rebus applicare, hocq: solum modo ars omnis et scientia quaelibet acquiri facile potest.

Instabis. data definitionis materia cognitis q: illius legibus, nulla superest difficultas in definitione facienda; ergo comparata logica docente habituali nulla superest difficultas per logicam utentem habitualem superanda;

Distingo antecedens nulla remanet difficultas propter materiae simplicitatem

et facilitatem, concedo antecedens nulla remanet difficultas vi ipsius logicae docentis, nego antecedens et consequentiam.

Itaque materia disponenda non nunquam ita simplex est ut cognitis logicae legibus facile disponi possit: sed id non fit propter logicam docentem solam; ubi enim quae sunt ordinanda magis complexa sunt, difficultas statim occurrit: sic quam vis quis studuerit diligenter regulis syllogismorum compositorum, quam vis omnes

artis poeticae leges optime calleat,
eas tamen aeque facile in praxim
nunquam redigat ac qui eas coepe
applicuerunt; eodem enim modo
judicandum est de facilitate syllogismorum
regulas applicandi ac de facilitate
artis poeticae mox dictae leges in
praxim redigendi: alqui quam vis
versuum faciendorum materia
a magistro data fuerit, et leges

quae in ea disponendo servandae sunt aliquis ingenue noverit, hanc tamen materiam eadem facultate nunquam disponet, ac qui in data rerum materia disponendi saepe se exercuit; ergo qui logicam docentem generalem possidet, is propterea non novit quo modo ea in hoc et illo casu sit utendum.

Expositis hactenus quae ad logicam in universam spectatam pertinent,

nunc ipsa logicae penetralia sub-
eunda, et de ordine in ea servando
non nulla dicenda; inde enim
oritur nativa logicae partitio quare
sit.

Synopsis

De ratione tractandae logicae et generalibus Cogitationum speciebus.

Logica ut diximus est recta ratio
cogitandi occupata proinde circa
mentem quatenus suis in cogitationibus

ad claritatem, distinctionem et veritatem methodice dirigi potest: homo insuper ad societatem natus suas aliis cogitationes manifestare debet; hinc duplex logicae munus esse patet

Primum est mentem inter cogitandum immotis regulis ad veritatem inveniendam dirigere; unde ars cogitandi dicitur.

Secundum vero cogitationes aliis congruo sermone manifestandi regulas tradere unde a veteribus

apellata est dialectica quoe subse-
rhetoricam continet: in eo tamen
amboe discrepant quod dialectica
spectat tantum voces prout cogitationibus
noftris pate faciendis in ordine ad —
veritatem inservire possunt, —
rhetorica vero circa voces versatur
ut doceat modum non solum vere
dicendi sed etiam copiose et ornate
describendi ad excitandas in hominibus
varias animi affectiones, commiseration-
em

verbi gratia iram &c.

Naturalis igitur logicae tractandae ordo postulat ut primum de cogitationibus: deinde de illarum signis agamus, tot que logicae partes instituamus quot sunt diversi cogitandi modi: quis autem scit cogitationum nostrarum numerus disputant, philosophi quam quidem quaestionem pure sibi vindicat methaphisica quae de mente humana ejusq: cogitationibus

ex professo disserit: potiora tamen —
quantum logicae necesse est cadere
delibanda sunt ut statui possit ordo
quem quaerimus.

Jam vero cuilibet homini ita notum
est se cogitare, ut quid sit cogitatio —
nequidem quaerendum esse existimet,
cum sensus intimus cogitationis eam
longe clarius manifestet quam —
quaelibet vocibus expressa descriptio

Pariter cuilibet homini vel rudiori facile constare potest corpus seu materiam non cogitare, adeoq: id quod in nobis cogitat esse diversum a corpore.

Illud autem principium quod cogitat mentis nomine donamus quidquid tandem sit, de hoc enim disseremus ex professo in secunda parte methaphisicae

Mens igitur est substantia cogitans idem

prout sonant: cogitare autem est
intelligere et velle, intelligere autem
idem est ac cognoscere, velle vero —
idem est ac amare et velle.
Mens quatenus verum ideis instructa
intelligit et cognoscit objecta, tunc
quæ vocatur intellectus: prout vero —
in bonum naturali propensione fertur
vult et aliquid amat, appellatur: voluntas.
Hinc patet intellectum et voluntatem
non naturæ sed officio tantum —

a se mouem distingui; sunt quippe duntaxat duo modi, duae facultates unius et ejusdem substantiae cogitantis; sunt una eademq: animo quae prout intelligens sive cognoscens vocatur intellectus, prout vero vult, id est amat vel aversatur voluntas dicitur

Hic autem agimus praecipue de cogitationibus intellectus: jam vero cuilibet ita notum est se cogitare ut quid sit cogitatio quaerere superfluum videatur, cum sensus illius intimus eam longe clarius manifestet quam quaelibet vocibus

~~350~~

expressa descriptio

Cogitatio tamen vulgo dicitur qualitas seu modificatio mentis, cujus mens proxime et vivide sibi conscia est.

Dicitur qualitas: nam qualitas a philosophis dicitur id a quo res denominatur talis: — sic figura qualitas dicitur quia corpus propter eam figuratum dicitur: mens autem propter cogitationem denominatur cogitans; proinde cogitatio recte dicetur — qualitas

Dicitur porro affectio seu modificatio mentis, quia per illam mens tali modo se habet: ita ut modo judicans, modo

percipiens denominatur

Qualitatis autem illius mens sibi proxime conscia est, quia de ea nunquam dubitare potest; dubitando enim quisque certus esset se cogitare.

Cogitationis definitionem si exposuimus ut intelligatis quid hoc nomen, Cogitatio, apud philosophos significet, non vero ut cogitationis natura vobis notior fieret; cogitatio enim et omnes illius species sensui intimo, et facta ad mentem nostram attentione longe melius cognoscuntur quam explicationibus

desertissimis: quod porro intelligendum
est de his omnibus quae in mente nostra
percipiuntur.

Quatuor vulgo mentis cogitationes —
sive diversi modi cogitandi generales
recensentur a philosophis, nempe perceptio,
judicium, ratiocinatio et methodus; —
etenim vel rem aliquam nude et precise
attingimus verbi gratia deum et
dicimus percipere; hinc perceptio.

Vel rem aliquam ita cognoscimus
ut aliquid de ea affirmemus aut negemus
verbi gratia dum cogitamus deum esse justum,
aut deum non esse crudelem, et dicimus

judicare.

Velumus judicium exalios deducimus,
verbi gratia ex eo quod deus sit summe
justus concludamus non jubere impossibilia
hoc pacto.

Qui summe justus impossibilia
non jubet:
atqui deus summe justus est;
ergo deus impossibilia non jubet.

Tunc quae ratiocinavi intelligimus.
Vel denique ideas nostras, judicia et
ratiocinia legitimo ordine ad illustrandum
et convincendum animum disponimus,
et dicimus ordinare, hinc methodus.

Hoc est origo sive genesis quatuor ——
vulgatarum mentis cogitationum.
Sensemus nos nullum aliud esse discrimen
ex parte intellectus simplicem perceptionem
inter et judicium ac ratiocinium, nisi —
quod intellectus vere simpliciter percipiat
absque relatione ad aliud quodcunq:
sit res simplicem perceptionem in —
judiciis vero intellectum percipere —
relationes, velut loquuntur geometrae
rationes, Gallice, les rapports, quae sunt
inter duas pluves ve res, duas inter pluves
ve ideas: et ipsum demum ratiocinium
percipere rationes quae sunt inter veram
et ideatum rationes, adeoq: omnes —

intellectus fonctiones nihil aliud esse —
videntur saltem magna ex parte seu
quam semplices perceptiones: res exemplis
illustranda est.

Quando puerum esse simpliciter percipitur
verbi gratia, bis duo sive quatuor, hac
mentis fonctio non est nisi simplex perceptio.

Cum vero judicatur bis duo esse quatuor,
vel bis duo non esse quinque, tunc intellectus
nihil aliud efficere videtur quam percipere
rationem aequalitatis quae occurrit bis duo
inter et quatuor, vel rationem inaequalitatis
quae occurrit bis duo inter et quinque.
ita q: judicium ex parte intellectus non

est nisi perceptio rationis quae reperitur inter duas pluresve res, duas inter pluresve ideas.

Demum ratiocinium est perceptio rationis quae occurrit non quidem inter duas pluresve res, nam alias haec cognitio foret simpliciter judicium: sed ratiocinium est perceptio rationis quod occurrit inter duas pluresve rationes duarum — plurium ve rerum aut idearum itaque quando sic concludo, quatuor minora sunt quam sex: sed bis duo sunt aequalia quatuor; ergo bis duo minora sunt quam sex: non solum percipio rationem inaequalitatis

quæ est inter bis duo et sex, tunc enim hoc
functio non esset ut modo diximus nisi judicium:
sed insuper percipio rationem inæqualitatis
quæ est inter rationem bis duo et quatuor,
et rationem quæ inter quatuor et sex, quod
est verum ratiocinium.

Intellectus itaque officium est percipere
rationes quæ sunt inter ideas, quæ quidem
rationes quando claræ sunt ipsæ claris
exprimuntur idoeis.

Sola proinde voluntas juxta nonnullos
philosophos judicat et ratiocinatur conquies-
cendo scilicet in eo quod intellectus ipsi —

repraesentat.

Notandum est primo has cogitationes mentis vulgo in scholis vocari operationes mentis, quia scilicet putant peripatetici fa- mentem sua sibi idoea fabricare, de quo — dicendi locus erit in methaphisica.

Notandum est secundo hanc inter illas mentis cogitationes ordinem esse aliquando ex tertiis, tertia ex secundis, secunda ex primis praecuntibus fiunt.

judicium quidem fit ex praecuntibus ideis; quippe nihil aliud est judicium quam — conjunctio vel separatio idearum, ita ut

facta earum comparatione, si eas videamus inter se consentire, tunc eas conjungamus; si vero inter se pugnare advertamus eas sejungamus.

Ratiocinatio fit ex praeeuntibus judiciis idq: hoc geometriae exemplo explicari potest, verbi gratia si rogetur agricola pares ne an impares sint agri quorum fines ignorat, tunc fallitur dum statim respondet: sed normam uni agro admovens memoriae mandat quomodo ager normae aequetur: tum eandem normam alteri agro pariter admovens, videt an ambo pariter normae conveniant. quod si ita eveniat pares agros

pronunciat: sin minus impares esse pronunciat: idem in omni ratiocinatione praestandum est, dum ignota occurrit quaestio, nec protinus errandi metu ferenda est sententia ut supius exponemus infra.

Methodus deniq: sit ex praeeuntibus judiciis ratiocinationibus et idaeis, quia methodus nihil aliud est quam series ordinata ratiocinationum &c. qua et veritas ignota detegitur, et cognita aliis probatur.

Haec principia quae mox exposuimus ex natura mentis humanae, facultatum et praecipuarum ejus fonctionum

notione de prompta sunt veluti prima totius logicae stamina eaq: captu non ad modum difficilia ad verbum proinde ediscenda quorum scilicet usus saepe recurret: nunc exponendae sunt breviter.

Quaestiones circa figendum numerum mentis cogitationum.

Quam concordes sunt philosophi in agnoscenda mentis et ipsius cogitationum existentia in uno quoq: homine, tam discordes videntur in assignando earum numero.

Scilicet non nulli sunt qui pauciores quam

quatuor cogitationes mentis agnoscunt.
quidam enim duas tantum species
cogitationem esse volunt, ideam nempe
et judicium; alii vero tres agnoscunt,
addita scilicet ratiocinatione et excavum
abbe expuncta methodo: alii tandem
quatuor admittunt.

Tota hujus controversiae origo est quod
ratiocinatio et methodus illis discrepare
non videantur essentialiter saltem a judicio:
siquidem inquiunt illi, ratiocinatio
est judicium ex aliis judiciis natum: —
methodus pariter est judicium alia judicia
rite et ordinate disponens.

Verum ad concordiam facile revocari posse sensemus istas dissidentium inter se philosophorum opiniones, adhibendo nimirum duplicem cogitationum mentis divisionem, primam nempe quae generalis est et immediata, secundam vero quae specialis est et mediata.

Prima et immediata cogitationum mentis divisio est ea quâ dividuntur cogitationes mentis in membra proxima et generalissima, fere sicut cum animal dividitur generatim in rationis particeps, et rationis expers.

Secunda et mediata divisio ea est qua dividuntur cogitationes mentis in membra

remotiora et generalioribus illis speciebus subjecta: his positis sit.

Conclusio prima.

juxta primam et immediatam divisionem duae sunt cogitationes mentis essentialiter diversae, perceptio nempe et judicium.

Probatur nam tot sunt cogitationes mentis quot sunt modi essentialiter diversi quibus mens attingere potest aliquod objectum intelligibile: atqui duo sunt tales modi; vel enim mens nude intuetur objectum, et est perceptio seu idea vel aliquid objecto percepto convenire asserit, aut contra aliquid ipsi repugnare pronunciat et tunc est judicium.

atqui hi duo modi sunt essentialiter diversi; — nam illi modi sunt essentialiter diversi quorum unus simpliciter tantum representat objectum absque affirmatione aut negatione alter vero de eodem aliquid affirmat aut negat; ergo duae cogitationes mentis essentialiter diversae juxta primam et proximam earum divisionem, perceptio scilicet et judicium.

Objicies. judicium non differt ab idaea, siquidem judicium nihil aliud est quam perceptio convenientiae aut repugnantiae unius cum alio, idaeae scilicet attributi cum idaea subjecti; ergo judicium a perceptione

3366

non differt proinde q: unica et cogitatio
mentis, nimirum perceptio.

Nego antecedens. natura enim judicii —
essentialiter posita est in actione mentis —
assentientis vel dissentientis unioni aut separationi
duarum idearum semel perceptae: at assensus
ille vel dissensus differt essentialiter a perceptione:
nam requiritur quidem ut prius mens —
percipiat neutram aut repugnantiam
utrius q: sed ea precisa perceptione non
constituitur judicium, quia insuper absolute
requiritur ut mens affirmet aut neget unum —
de alio ergo judicium differt ab idea.

Conclusio secunda

Ratiocinatio revocari debet ad judicium, nec ab eo differt essentialiter

Probatur. nam illa cogitatio revocari debet ad judicium nec ab eo differt essentialiter quae includit actum mentis diversum a judicio: atqui ratiocinatio non includit actum mentis diversum a judicio; nam actus judicii est actus affirmationis aut negationis, idest assensus unionis et convenientiae idearum, vel dissensus separationis aut repugnantiae idearum: atqui ratiocinatio nullum includit actum diversum ab affirmatione aut negatione: siquidem ratiocinatio fit per comparationem duarum idearum cum tertia, ita ut si duae res vel ideae conveniant cum tertia, mens affirmet

eas convenire inter se; si vero non convenient, mens affirmet eas non convenire inter se; — ergo ratiocinatio non includit actum diversum ab affirmatione et negatione; ac proinde — ratiocinatio revocari debet ad judicium vel species ad genus, nec abeo differt essentialiter.

Objicies. ratiocinatio est judicii species: — atqui species essentiam habet a genere diversam, siquidem species omnis praeter genus includit differentiam sui constitutivam, verbi gratia homo qui est species animalis includit rationis capacitatem tanquam differentiam essentialem; ergo ratiocinatio differt essentialiter a judicio.

Distingo majorem ratiocinatio est judicii

species, id est specialis judicandi modus, concedo majorem; est judicii species includens actum mentis diversum a judicio, nego majorem.

Itaque ratiocinatio cum dicitur judicii species, id tantum ~~eo~~ sensu intelligi debet quod ratiocinatio sit specialis quidam judicandi modus; nempe judicium est species quae in plura individua distribui potest, verbi gratia in affirmans et negans, in simplex et compositum, sicut homo in plura distribuitur individua, alius nempe est petrus, alter Paulus &c.

Jam vero ratiocinatio referri debet ad judicium compositum quadrum inferiorum

veritatem unius judicii ex veritate alterius,
non utimur alio actu quam affirmatione.

Instabis, illa cogitatio est species propria
dicta judicii ab eo q: differt essentialiter quae
habet leges diversas a judicio: at quivatio-
cinatio talis est; ergo est species propria
Dicta judicii ab eo q: differt essentialiter.

Nego majorem: quamvis enim judicium
negans habeat regulas diversas a judicio
affirmante et pariter judicium compositum
a judicio simplici, non idcirco tamen sequitur
judicium negans differre essentialiter —
ab affirmante aut compositum a simplici; ergo
a pari quamvis vatiocinatio leges habeat —

a judicio diversas non sequitur ratiocinationem
a judicio essentialiter differre.

Et certe ea solum differunt quoad —
essentiam quae habent attributum
primarium diversum, verbi gratia —
diversa corpora non differunt quoad
essentiam quia conveniunt in attributo
primario, nempe quod sint extensa: aliqui
pariter ratiocinatio et judicium conveniunt
quoad attributum primarium, nempe
quod sint actus affirmationis et negationis;
ergo non differunt essentialiter.

Instabis. ratiocinatio includit consequentiam

sive illatio nem unius judicii ex duobus
aliis: atqui illatio est actus diversus ab —
affirmatione, exprimitur enim per has
aut similes particulas, ergo, proindeq: &c,
quibus exprimi non possunt affirmatio —
et negatio; ergo ratiocinatio includit
actum diversum a judicar

Nego minorem et equi probationem; —
nam hæ particulæ, atqui, ergo et similes
significant tantum unam ex idoneis —
alicujus propositionis jam factæ cum alia
comparatam; adeoq: denotant proprie —
actum affirmationis; ergo illatio non est

actus a judicio diversus; fit enim relatio per comparationem duarum idearum cum tertia id est per affirmationem aut negationem: alioquin in his particulis non consistit vis illationis; sunt enim quædam tantum conjunctiones quæ ponuntur abbreviationis causa et sine quibus recte institui potest ratiocinatio.

Conclusio tertia

Methodus non differt essentialiter a judicio et ratiocinatione.

Probatur. nam methodus nihil aliud est quam nexus et dispositio vel unius ideæ cum alia, vel unius judicii cum aliis, vel unius

ratio ratiocinationis aut etiam disciplinae
partis cum alia: aliqui nexus alle non
est cogitatio mentis diversa a judicio et
ratiocinatione, sed ad judicium maxime
referetur; quod enim fit per affirmationem
ad judicium referetur: aliqui hujus modi nexus
seu ordinatio unius judicii vel disciplinae
partis cum aliis non aliunde includit actum
quam affirmationis sive simplicis sive
compositae; ergo methodus non est cogitatio
mentis essentialiter diversa a judicio.

Corollarium

inde patet ex accurata et tritiore cogitatio-
num mentis divisione duas tantum essentialiter
~~quatuor~~ mentis

diversa esse, perceptionem nempe et judicium de quod referuntur ratiocinatio et methodus.

Cum tamen non leve discrimen occurrat ratiocinationem inter et methodum, remota quadam divisione quatuor mentis cogitationes enumerari possunt, quod ut certius pateat, fit.

Conclusio quarta

Juxta mediatam et remotam divisionem quatuor mentis cogitationes a logicis numerari possunt perceptio nempe, judicium, ratiocinatio et methodus: plures vero quam quatuor statui possunt a methaphisicis.

Hoc conclusio duas habet partes seorsim probandas

Probatur prima pars. nam ut status possunt a logicis cogitationes mentes juxta secundam et mediatam earum divisionem, quot sunt speciales cogitandi modi infiniti diversi de quibus dirigendis logica speciales tradit regulas: alqui quatuor sunt tales modi, perceptio scilicet &c.

Primo quidem illi cogitandi modi sunt infiniti diversi quorum diversum est objectum formale: alqui illorum cogitandi modorum diversum est objectum formale; nam objectum formale perceptionis est res

percipienda absque affirmatione vel negatione: objectum formale judicii est nexus aut repugnantia unius idoeae cum alia; objectum formale discursus est nexus unius judicii cum aliis judiciis: denique objectum formale methodi est nexus unius disciplinae partis cum alia parte: atqui diversa sunt ista objecta formalia ut patet; ergo speciales illi cogitandi modi, nempe idoea &c. sunt insigniter diversi.

Secundo de illis cogitationibus dirigendis hoc est juxta nostra principia de mente inter percipiendum &c logica speciales tradit regulas; nam aliae sunt ~~[illegible]~~ idoearum reguloe, aliae judicii, aliae discursus et aliae methodi, ut

patebit infra; ergo quatuor sunt speciales cogitandi modi insigniter diversi de quibus logica speciales tradit regulas; proindeq: cogitationes mentis juxta mediatam illarum divisionem quatuor sunt a logicis statuendae.

Probatur secunda pars, scilicet apud metaphisicos non quatuor tantum sed plures alias cogitationum species agnosci posse; tot enim metaphisici distinguere possunt cogitationum species quot sunt speciales modi quibus mens adaequate sumpta cogitare potest: atqui plures sunt quam quatuor modi speciales quibus mens adaequate sumpta cogitare potest; cum enim mens duplici gaudeat facultate intellectu nimirum et voluntate

ideo cogitare potest primum intelligendo et volendo; deinde intelligere potest variis modis; nam postea quatuor enumeratos cogitandi modos, meus cognoscere potest vel intellectione pura, vel imaginatione, vel sensatione, ut paulo infra explicabimus: postea velle potest in numeris propriis modis: ergo plures sunt quam quatuor cogitationum species a metaphysicis distinguendae.

Solvuntur objectiones

Objicies. methodus non est cogitatio mentis diversa a judicio aut discursu; ergo tres tantum a logicis statuendae sunt cogitationum

Species.

Nego antecedens. Tam enim methodus
differt a judicio enunciativo et discursu quam
discursus a judicio enunciativo differt; sicut
enim discursus habet objectum formale diversum
ab objecto formali judicii enunciativi, et
peculiarem quandam rationem derivandi aliquid
ita etiam methodus habet objectum
formale diversum ab objecto formali
discursus et alia sunt praecepta methodi, alia
vero discursus, unde quo pacto discursus
distinguitur a judicio enunciativo, eodem
et methodus distingui debet a discursu.
Instabis. vel methodus ordinat varias enun

disciplinae partes pediuando, hoc est affirmando vel negando hanc vel illam alteri praeponendam esse; vel ordinat demonstrando cur haec illi debeat praemitti vel post poni: atqui si ordinat priori modo, non differt a judicio enunciativo, si posteriori non distinguitur a discursu ergo methodus non est cogitatio mentis diversa a judicio et discursu.

Primo retorqueo argumentum vel discursus concludit affirmative hoc pacto, mens est substantia cogitans, ergo spiritalis est: vel concludit negative hoc pacto: mens est substantia cogitans, ergo mens non est extensa: si prius, ergo non differt a judicio

affirmativo: si posterius, ergo non differt a judicio negativo: certe non valet hoc ratiocinium quia licet discursus in hoc conveniat cum judicio enunciativo quod utrumq; affirmet vel neget, quia tamen aliud est objectum formale judicii enunciativi, et aliud discursus, differunt a se invicem et constituunt duas mentis cogitationes specie diversas: si porro licet methodus affirmet aut neget, non ideo debet confundi cum judicio enunciativo aut cum discursu, cum habeat objectum formale diversum tum ab objecto formali judicii enunciativi, tum ab objecto formali discursus.

Secundo nego minorem: nam licet methodus ordinet affirmando aut negando unam disciplinae partem esse alteri proponendam vel postponendam

quia tamen habet objectum formale sibi peculiare, distingui debet tum a judicio enunciativo tum adiscursu, hocunum colligere licet, nempe methodum esse speciem quandam judicii generatim sumpti.

Scilicet judicium generatim sumptum quod est actus mentis affirmantis aut negantis — unum de alio tres subsp species habet, scilicet — judicium enunciativum quod dicitur — judicium simpliciter essine addito, judicium discursivum aut ratiocinium quod idem est ac — ratiocinium: denique judicium ordinativum seu methodicum.

Judicium enunciativum est illud quo mens — affirmat aut negat simpliciter duo inter se convenire vel non convenire, et communejudicii nomen retinet, ut cum dicitur mens el

substantia cogitans, vel mens non est materia.

Dictus enunciationum quia enunciat solum modo habitudinem et relationem duarum vel plurium rerum inter se.

Judicium discursivum est illud quo mens affirmat aut negat duo inter se convenire vel non convenire eo quod cum tertio aliquo conveniant vel non conveniant, at cum dictus ~~ordo~~ omne rationale est doctrinae capax: Petrus est rationalis; ergo Petrus est doctrinae capax.

Dictus illativum ab inferendo, quia includit illationem consequentis ex antecedente dictus discursivum metaphora ducta a currendo, ——— quia inter ratiocinandum mens velut currit ab antecedente ad consequens, a magis noto ———

ad minus notum.

Judicium methodicum est illud quo mens judicat aliqua hoc vel illo modo esse — disponenda eo quod facilius et certius sic — veritas detegi aut manifestari possit.

Objicies secundo. illa divisio legitima non est cujus unum membrum includitur — in alio: atqui quaedam membra divisionis — cogitationum mentis in quatuor veluti species includuntur in aliis: ideo enim includitur in judicio, item judicium in discursu, et discursus in methodo: siquidem judicium ex ideis, discursus ex judiciis et methodus ex discursibus componitur; ergo divisio cogitationum mentis in quatuor species non est legitima.

c Nego minorem et probationis majorem
distinguo. unum divisionis membrum non
debet includi in alio formaliter, concedo majorem:
non debet includi in alio materialiter, nego
majorem.

Tunc unum includitur in alio materialiter,
quando in ejus compositionem ita ingreditur —
ut de hoc praedicari non possit in recto seu —
nominativo casu: sic linea includitur —
materialiter in superficie, et numerus par —
in numero impari, quia linea ita componit
superficiem et numerus par impari ut
neque linea de superficie, neque numerus
par de impari dici possit in nominativo —
casu: neque enim dici potest linea est
superficies, numerus par est impar.

Tunc unum includitur in alio formaliter
quando in eius compositionem ita ingreditur,
ut de illo praedicari possit in recto cum fit —
animal includitur formaliter in homine;
ita enim animal componit hominem ut
de homine dici possit in recto cum fit recte
dictum homo est animal.

Sed unum divisionis membrum —
non debere includi formaliter in alio —
alias nulla foret divisio, verbi gratia legitima
non est divisio viventis in animal et —
hominem: nego vero unum divisionis —
membrum non posse includi in alio —
materialiter; legitima enim habetur divisio
quantitatis sive magnitudinis in lineam

superficiem et profundum talem quamvis
linea in superficie, et superficies in profunditate
materialitas continentur.

His denuncio cogitationum mentis —
stabilitis, Logicam in quatuor partes —
distribuemus, itaut quamlibet ex quatuor
cogitationibus sigillatim simul ex pensuri tum
prout est in mente tum prout vocibus
exprimi potest, adeo q: cujus libet partis —
duae versus erunt sectiones, prima de
cogitatione in se et in mente spectata;
secunda de ipsa cogitatione vocibus —
exprimenda, unde.

Prima pars Logicae erit de perceptione —
seu id vulgo aiunt idea eius q: signo.

Verum cum usus in valu~~ebit~~ erit ut de universalibus gradibus methaphisicis et categoriis veterum et recentiorum philosophorum in logica tractetur, ne ordinem servari solitum omnino negligere videamur, de iis pariter agemus qua brevitate et perspicuitate fieri poterit maxima; postquam exposuerimus quae de ideis hic dicenda habemus; majorem enim cum ideis connexionem habere videntur quam cum aliis cogitationum speciebus: de his vero, scilicet gradibus methaphisicis &c. suspis dicendi occasio sese dabit in methaphisica generali.

Secunda Logicae pars erit de judicio et propositione.

Tertia de ratiocinatione et argumentatione

Quarta denique de methodo in qua optimam inveniendae in qualibet scientia veritatis, aut aliis nitide exponendae rationem proviribus assignabimus: in hac autem postrema logicae parte nihil nisi situ per necessarium et dignissimum tradere conabimur, et vestris oculis subjiciemus eximiam philosophandi rationem quam secuti sunt elapsi proxime saeculi praestantissimi philosophi.

Finis

Praenotionum totius logicae.

SORBONNE



Index
Prolegomenorum
totius
Philosophiæ

Caput 1um. de nomine et variis philosophiæ definitionibus .. pag. 2
Caput Secundum de modo ratiocinandi ..... pag. 8
Caput 3um. de generalioribus quorundam & minorum philosophicorum notionibus ..... pag. 17
Caput 4um. quæstiones in universam ppiam ..... pag 23
Quæstio 1a. quid sit philosophia ..... pag 24
Quæstio 2a. an sit philosophia ..... pag .. 61
Quæstio 3a. cur sit philosophia ..... pag ... 107
Articulus 1us. de causa &c. ..... pag ... 108
Articulus Secundus de causa efficiente &c. ..... pag .. 111
Appendix de factura et reparatione &c. ..... pag .. 130
Articulus 3us. de causa materiali &c ..... pag .. 135
Quæstio 4a. qualis sit ppia ..... pag .. 149
Quæstio 5a. quotuplex sit ppia ..... pag .. 159
De ratione tractandæ ppiæ ..... pag .. 164
Appendix de illustrioribus ppiorum sectis ..... pag ... 178

Finis

Index
Prolegomenorum
Logicæ

Præfatio ..... pag. 198
Prolegomena ..... pag. 201
Caput 1um de nomine et natura logicæ ..... pag. 201
Caput 2um. de existentia logicæ ..... pag. 232
Caput 3um. de causis logicæ ..... pag. 236
Caput 4um. de proprietatibus logicæ ..... pag. 276
Caput 5um. de divisione logicæ ..... pag. 314
Synopsis de ratione tractandæ logicæ &c. ..... pag. 342
Quæstiones circa figendum numerum ..... pag 361
Corollarium ..... pag 374

Finis

BONN



